This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


1
R14
R

RAYMVNDI LVLLI DOCTISSIMI ET CELEBERRIMI PHILOSOPHI MERCVRIORVM

liber iam tandem subsidio manuscripti exemplaris perfectè editus.

ITEM

Eiusdem Apertorium, Repertorium, Artis intellectiuæ Theorica & Practica, Magia naturalis, opuscula plane aurea.

CARLOS IIII BIBLIOTECA COLEGIO

COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Iohannem Birckmannum,
ANNO M. D. LXVII.
Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

DE ALCHYMIAE SCRIPTORIBVS.

EX PROLOGOMENIS G. GRATAROLI.

De Chemia, vel Alchymia sic scribit Robertus Constantinus in suo Nomenclatore insignium Scriptorum Parisiis edito M.D.LV.

DE hac arte, sicut & de Cabala diximus, qui aliquid memoriæ prodiderit, nullus ãtiquus author inuenitur, siue id inuidẽtia factũ sit, siue ignoratione. Nõ desunt tamẽ, qui illud famosum apud poetas Iasonis χρυσόμαλλον δέρας id est, vellus aureũ, librũ fuisse interpretentur in vellere vel macrocolo conscriptũ, qui ipsam artem, id est, auri argentiq́ue conficiendi rationem contineret. Fabulas interpretes vtroque trahũt:

& licet vnicuique pro animi arbitratu affingere. Quantũ ad me attinet, verum ſit necne, ſuſque deq; habeo. Certũ eſt ex hiſtoria tamen, & rerum geſtarum annalibus, Diocletianum principem huiuſce artis conquiſitos libros omnes curioſe exuſsiſſe, διὰ τὰ νεωτεριθέντα Αἰγυπτίοις, πρὸς τὸ μὴ πλοῦτον ἐκείνοις ἐκτῆς τοιαύτης προσγίνεσθαι τέχνης. Hoc artificium luxato verbo, Alchymiam vocant, vel Archymiã, quaſi dicas ἀργύρου χημείαν: alij vocant χημίαν, vel χυμίαν: alij χρυσοποιίαν. Qui verò de hac aliquid ſcripſerunt, hi ſunt:

Arnoldus de Villanoua.

Auicẽna ad Aſſem Philoſophũ.

Blemidas περὶ χρυσοποιίας, liber Græcus, manuſcriptus in regia Galliæ bibliotheca.

Geberus Arabs, cuius expoſitor

Ioannes

Ioannes Braceſchus Vrceanus.

Ioan. Auguſtinus Pãtherus (vel Pantheus) ſcripſit Arſetheoriam trãſmutationũ metallicarum cum Voarchadumia.

Iſaac monachus ſcripſit ἀργύρου μέθοδον, ὅπως δεῖ διϱίσκειν τὰς πλουτὰς τῶν μετάλλων, in regia Galliæ bibliotheca, manuſcriptus Græcè.

Morieni cuiuſdam Alchymiſticus liber circumfertur, nõ impreſſus.

Philippus Vlſtadius edidit Cœlum Philoſophorum: qui tamen ad rem medicam ſpectat.

Raymũdus Lullius ſcripſit (prẽter cætera multa) de Secretis naturæ, ſiue quinta eſſentia. Hũc ego inquirẽdo comperio, apud Anglos re quidem vera præſtitiſſe, quod ſuis libris pollicetur: et in arce Londi-

ni iussu Regis probatissimum aurum confeciſſe, mihiq́ue genus numi ostensum est, quod adhuc appellant Nobile Raymundi, auri videli cet puri, & obrizi, summęq́; indicaturę. Ipse in libro, quod testamẽtũ vocat, fatetur se hãc artẽ ex Arnoldo de Villanoua coæuo suo didicisse. Quẽ Ioan. And. in tit. de Crimine falsi attestatur, laminas aureas excudisse, quę ex auro ex arrugia quęsito, aurifodinisq́; extracto, bonitate non cederẽt. Scripserunt etiã alij multi de hac arte, quorũ libri nondũ impressi sunt: inter quos est Rosinus Philosophus, & Rogerius Bacho, cuius legi Alchymiæ speculũ.

Zosimus author Gręcus aſseruatur in bibliotheca Regia: scripsit de Sacra arte, de cõpositione aquarũ ad χυσοποιίαν, de instrumẽtis & caminis.

minis. Sunt & alij huius artis præceptores, vt Christianus, Heliodorus, Theophrastꝰ, Archelaus, Pelagius, Ostanes, Olympiodorus, Democritus, Dioscurus, Synesius, & Stephanus, cuius est liber de Magna & sacra scientia. Omnes hi Græci sub nominibus antiquis, mihi tamẽ recentes videntur. Est etiã liber Chymisticus, Comitis Treuisini. Hactenus Robertus. Cæteros qui nosse cupit, legat in fine Geberi vltimò à Ioan. Petreo editi, vel Bernæ impressi eius sumptu: item Euonymũ Philiatrũ, Tigurinũ: Ioannis Langij epistolam 53. & vltimum foliũ capitis 18. libri secũdi de Abditis rerũ causis Ioannis Fernelij, medici & Philosophi doctissimi & præstantissimi: atque alios recentiores, vt Ianum Lacinium nulli spernendum.

Nominati artifices huius artis fuerũt, vt refert Vincentius in Speculo naturali,

Adam. Noe. Idrid. Squilia. Chora. Moiſes, & ſoror eius Maria. Cato. Virgilius. Ariſtoteles. Alexãder. Geber. Iahie. Raſi. Abimazar. Maurienus ſiue Morienes. Iohannes Euangeliſta. Garſias, & Gilbertus Cardinales. Guilhelmus Epiſcopus Huck appellatus. AEgidius magiſter hoſpitalis, qui extraxit librum de 125 lapidibus. Androicus etiam epiſcopus, & Apoſtolicus dominicus. Et Iacob Aranicus Iudæus. Petrus quoque & Dirandus Monachi. Auicenna. Arnoldus de noua Villa, et Raymũdus, qui noſtris vltimis temporibus floruerunt.

INDEX LOCORVM ET CAPITUM, quæ in libro Mercuriorum continentur.

A.

de Aceti noſtri compoſitione, quod conſtringit argentum viuum ad extraponendum naturam pag. 172

Actiones quomodo debeas intelligere ad temperandum elixir 56

de Adminiſtratione dictæ aquæ in corpore humano, & primò de aquis temperantibus illam 34

de Adminiſtrationis modo 37

Alphabetum huius libri 183

de Animatione elementorum, & de cognitione ipſorum 52

de Argenti viui congelatione ad recipiendum medicinam in forma metalli 125

de Aſſatione ☿ diſſoluti, & de congelatone ipſius 4

C

de Compoſitione aquæ potabilis ſimplicis, quæ fit de fixato per naturam, ad confortandum humidum radicale humanum 33

de Confectione secundæ aquæ 35
tertiæ *ibid.*
quartæ 36
quintæ *ibid.*
sextæ *ibid.*
de Corpore & spiritu in simul exemplo generationis humanæ 128
de Corporis & Mercurij duplici custodia 104
de Creatione Mercuriorum rubeorum ad faciendum tincturam rubeam de sua propria substantia ad consequendum operationes supradictas 19

D

de Diuersitate ignis cõtra naturam secundũ proprietatem materiarum diuersarum in forma practicæ: et quomodo debeas illam considerare 94

E

Elementa quomodo debeas intelligere 46
Elementorum colligatio quomodo facta sit in diuersis proportionibus 63
de Exuberatione alia argẽti viui facta de corpore 9

F

de Fixatione & perfectione ipsius ☿ 7
Fortio margaritarum introductione suæ formæ nouæ factæ 13
de Furnis & vasis 40

I

de Instrumentis tribus, sine quibus operatio nostri magisterij non potest fieri 59

de Iu-

de *Iudæis incredulis reprobatis & de Sarracenis* 79

L

de *Lunari corpore solo cum adiutorio de A* 99

M

de *Medicinarum nostrarum conditionibus quot sint, & quomodo, & de quo acquisiuerint* 135

Mercurij sublimationem qualiter debeas intelligere, & quanta ac qualis sit differentia inter sublimationem vulgarem, & sublimationem Philosophorum 19

Modo fermentorum compositorum 22

de *Modo fermentorum compositorum, & de liquefactione, quod nos vocamus gummas* 23

de *Modo, quo tu debes facere formam perfectam ad margaritas, postquam ipsæ sunt formatæ* 15

de *Modo separandi elementa in octo diebus ad consequendum operationes per literas A, B, C* 147

de *Multiplicatione fermentorum per viam mixtionis* 26

N

de *Naturæ ramis vel brachijs aliquibus per viam Practicæ, in quibus filius artis se possit exercere cum solatio* 110

de *Natura supremi fermenti* 149

de Opera-

O

de Operationibus, per quas creatur argenti viui natura 1

P

de Plumbi opere 122
de Prima operatione, quæ venit ad inquisitionem perfectionis magisterij 29
de Proiectionibus omnium medicinarum tam vniuersaliter, quàm particulariter 175

R

de Reincrudatione corporis perfecti: & de sua diuersitate atque accidente & ponderibus 100
de Rectificatione humoris exuberati per fixionem tincturæ 9
de Rectificatione parlarum 10
& de diuisione speciei & vnitate illius cũ limositate aquæ 11
de Rectificatione trium aquarum distillatarum per cineres 37
de Reuelationibus propriarũ naturarum, & earum subiectis 152
de Rubificatione Mercurij sublimati in suomet igne ad faciendum elixir rubeum 20

S

de Stanni opere 124
Subiectum quomodo habeas considerare in quatuor conditionibus & qualiter capiantur in ista arte

arte 67
de Sulfurum compositione, & eorum confectione 147

T

de Temperamento lapidis & qualiter sit in quatuor elementis cum distemperamento 73

V

de Vasis propriis habendis 43
de Veneris & Martis opere 126

INDEX IN APERTORIVM.

de Fixatione & compositione tincturæ 213
de Lapide minerali 211
Secunda pars Philosophorum de cõfectione medicinæ 207
de Terræ viuificatione 200
de Veri lapidis compositione 184

IN REPERTORIVM.

Ad dandum ingressionem medicinæ 239
Aqua Philosophica tribus naturis componitur 224
Coniunctio solis & lunæ quomodo fiat 239
Corpora quomodo nutriantur 235
Distillatio qualiter fiat 235
Fermentatio quando fiat 237
Fermenti præparatio quot modis fiat 238
Fermentum quare præparetur 237
de Forma vasis, & qualis sit 236

Materia

Materia quæsita vbi seruetur 234
Medicina quomodo habeat ingreßum 239

IN THEORICAM ARTIS INTELLECTIVÆ.

de Cognitione rationis factæ per reuolution em contrariorum inueniendo Practicam reſpectu naturæ 257
de Doctrina intellectuali ſuper materiam & ſuam formam, & ſuper ſuam operationem 243
Figura de metallis imperfectis 295
Figura intellectualis 254
Figura Practicalis operis naturæ 268
de Forma & eius conſequentia 276
Materia & eius diuerſitate 280
Materia medicinæ noſtræ, & quæ res ſit 242
Modo habendi inſtrumentum intellectuale 250
de Obſeruatione aliàs conſeruatione naturæ mediæ perfectiuæ & homogeneæ 288
de Recapitulatione artis intellectualis cum diuiſione ſuorum membrorum 268

IN PRACTICAM.

de Compoſitione Mercurij, & de ſua natura reali,

& de ſuis partibus extremis ſeparabilibus 250
de Coniunctione terrarum ſolis & lunæ 335
Corruptio et depuratio quomodo fiant ſimul 303
Corruptione per ſecundam rotam 307
Elementorum extractione 310
de Elementorum rectificatione 311
Fixatione aquæ & aeris 324
Humoribus tribus in compoſitione argenti viui repertis 347
de Introductione reductionis faciendæ per intentionē alterius digeſtionis per Theoricam 312
de Miſcibilium forma 332
de Practica congelationis per viam reductionis 314
de Practica totius magiſterij in generali recepta 342
de Proceſſu practicæ & prima rota corruptionis 305
de Putrefactione compoſiti 308
de Recapitulatione magiſterij in ſumma abbreuiata 340
de Separatione aquæ 309
ignis 310
ſui aeris ibid.
de Sublimatione ſulfuris reductione completa 321

In

IN MAGIAM NATVRALEM.

Aqua calcinante omnia corpora 359
Aqua elixir in oleum 266
Compositione 358
Congelatione liquorum lunæ 365
Exuberatione Mercurij 374
de Igne contra naturam 363
Modo faciẽdi oleum lunæ 367
Naturali calcinatione 362
Naturali euocatione corporum à suis spiritibus 371
Occultatione Philosophorũ solutionis lunæ 364
Operatione caritatis cum oleo lunæ 378
Separatione calcis & aqua calcinatiua 362

FINIS INDICIS.



RAYMVNDI LVLLI DOCTISSIMI ET CELEBERRIMI PHILOSOPHI MERCVriorum Liber.

CAPVT PRIMVM.

FILI oportet quòd intelligas operationes, per quas creatur natura argenti viui, & postea si scis vel habes notitiam ad cognoscendum nostrum argentum viuum, habebis artem integram: quia operationes omnes non sunt plus nisi vna sola, quæ fit per modum, quem tibi dicemus. Tu accipe de liquore lunariæ quantum volueris, & de illa per distillationem diuidas elementa: sed primò separabis aquam phlegmaticam, in qua stat mortificatus spiritus, & continua in balneo suam distillationem, quo-

quousque videris distillari aquam animatam, quæ incipit comburere, et illã distilla ad partem, et quãdo illud quod poterit distillari per illã calorẽ receperis et phlegma fuerit extra, sicut manifestat signũ adustionis, i lam diuidas in duas partes, et vnam partem seruabis ad creãdum ☿, vt cum eo terram lapidis sublimes, & de secunda parte trahes elementa sine omni combustione sub conseruatione proprietatis sulfuris, & per argentum viuum. per istum modũ ponas partem aquæ animatæ super feces, quæ erũt in similitudine picis fusæ vel liquefactæ in fundo vasis, et statim pone alembicum cum suo receptaculo, & incende ignem serraturarum, & luta cum pasta, & illum ignem continua quousque quod poterit distillari distillatur per æqualitatem prædicti ignis: postea pone in igne sicco cinericio & illa continua de serratura distilla elemẽtum, et ad finem

finem ſuæ diſtillationis dimitte infrigida ri materiã cũ toto vaſe, poſtea reduc ſuũ liquorem primum, qui eſt aqua & non oleum, ſuper feces, & reitera tuam diſtillationem, ſicut iam dictum eſt, quouſque feces maneant ſiccæ & combuſtæ, & quod humidum vnctuoſum ſit totum ſublimatum, ſicut anima in ſubſtantia ſpiritus. filinatura noſtri ſpiritus operatur in omnibus rebus & omnem rem excedit, & per illum fit nigredo, albedo et rubedo, ſi quãdo bene ſcies miſcere: mixtio illarum fit ſicut tibi diximus, quia vnum intrat in aliud et fugit in illud, et rarefactũ impletur cõdenſato, et condenſatum ſubtilitatur p rarefactũ, et totum illud fit per ſolutionẽ & calefactionẽ in leui igne: & iſte ignis debet continuari quouſque elementa ſint amplexa cum terminatione ſuæ humiditatis: et ſua terminatio eſt quòd omne modicum comburatur quouſque nullo lento

igne deſiccetur, & ſcias fili quòd vnum comburit aliud, et confortat, & docet pugnare contra ignem, & ſic fili in coquendo perſequens elemẽta ad lentum ignem lentantur & conuertuntur in extraneas naturas : quia liquefactum totaliter comminuetur, & fit non liquefactum, & humidum fit ſpiſſum, & per iſtum modũ fit corpus ſpiritus, & fit tenuis & fortis pugnans contra ignem.

CAPVT SECVNDVM.

De aſſatione ☿ diſſoluti, & de congelatione ipſius.

FIli proprietas cuiuſlibet ☿ eſt diſſoluere & dealbare ſuum ſulfur, & proprietates ſulfuris ſui eſt coagulare & depurare ſuum argentum viuum. fili iſte vapor qui coagulat argentum viuum eſt de natura ſuæ propriæ ſubſtantiæ mediæ, quæ ſtat in terra ſicca, ſubtili, aerea,

mixta

mixta & digesta & cocta cum lento igne secum continuando. propter hoc igitur reducitur argentum viuum dissolutum super suam terram siccam parum & parũ, non solum simul: quia virtus sulfuris draconici citius conuertit modicum diuisum, quàm multũ indiuisum, quod serua. Igitur virtus draconis non regitur pelago de Satalia: quia hæc tu debes facere per intentionem congelandi et non soluendi: sic fili argentũ viuum regnat prius cõtra sulfur, & sicut patet per virtutem præcedentis capituli. continua igitur suam operationem, assationem et imbibitionẽ, quousque primò aqua habeat totum dealbatum, & sit coagulata per vaporem sulfuris: aliud nõ oportet facere per contrariã operationem: quia sicut argentum viuum vincit sulfur per totum, sic per contrariũ sulfur, siccum vincit argentum viuum per coagulationem & per reiterationem

ſublimationis talis ſicut diximus.

CAPVT TERTIVM.

De ſublimatione ☿ mortificati, id eſt vapore ſui ſulfuris.

ET quando per iam dictam ſublimationem & frequentem aſſationem videris, quòd maior pars ☿ quantitatis fuerit deleta, reitera cum fortiigne ſublimationem ſuper illum, quouſque plus de ſua aqueitate purgaueris ex toto, & quando videris quod totum fuerit eleuatum ſiccũ ad modum pulueris mortui albioris niue contra ſpondilia vaſis, reitera iterum ſublimationem ſolùm per ſe ſine fecibus ſuis, tunc ènim erit perfectè mundificatus & ſublimatus ad aſſandum tinctum ad album, cui non poteſt ſimile inueniri.

CAPVT QVARTVM.

De fixione & perfectione ipſius ☿.

Quan-

QVãdo ſublimaueris & ceperis dictã puram ſubſtantiam ☿, tunc fixabis vnam partem illius, & nos tibi dicimus modum fixationis in lapide maiori, et quãdo illa pars fuerit fixata, fixabis poſtmodum aliam: igitur reitera ſublimationem partis non fixæ ſuper rem non fixam quouſque illa ſimiliter ſit fixa cum experientia probando ſi bonam fuſam tibi præſtiterit ſuper ignẽ, et ſi ſic faciat factũ eſt, ſi nõ, coniunge ſibi de argẽto viuo exuberato reiterando ſuam ſublimationem quouſque ſit fuſibile, & modum exuberationis cuiuſlibet argenti viui tibi dedimus ſi nos intellexiſti in practica lapidis maioris in capitulo, quod incipit, Fili exuberatio nutritiua, non eſt aliud etc. Et in iſta practica in capitulo quod incipit, Tu accipies, etc. ſed illa illud facit de ſuomet argẽto viuo, et ideo ipſa eſt ſimplex. Si vis ilã magis compoſitam, & ſi vis eam de ☿,

dissolue alium ☿ in aqua prima, quæ est exuberata ex anima dicti ☿ de quo fit tinctura, postea separa aquam per distillationem & reitera distillando super feces suas, quousque aquam biberit, & traxerit ad se humiditatẽ totam feciũ Mercurialiũ. Ista est humiditas creatiua, quæ sup omnes alias manet super pugnã ignis: et sic per solam substantiã ☿ facimus excellentem medicinã albedinis. Et sicut dicimus de vna, sic intellige nos dicere de omnibus: non expellimus aliquem nec vulgarem nec communem, & quando dicimus communem, dicimus de illo quem philosophi intelligunt. Et quãdo dicimus vulgarem, loquimur de illo, quẽ rusticus intelligit, qui vẽditur in apothecis: sed bene intellige quòd vbi ipse est cõmune ponitur, sicut scimus nos, qui illum cognoscimus in propria virtute.

Ca-

CAPVT QVINTVM.

Exuberatio alia facta de corpore.

Et ſi vis exuberare tuum argentum viuum cum humiditate, quam natura tibi præparauit, citius fixabitur ratione ſuæ permanentiæ. Igitur exubera eum cum humore corporis præparati per ingenium naturæ: quia res præparata dabit tibi rem præparatam. Et talis ſicut fuerit præparatio, talis erit perfectio: et qualis fuerit perfectio, tale oſtēdet in ſua proiectione ſuper quodlibet corporum imperfectorum, & ſuper ☿ vulgarem nō præparatum.

CAPVT SEXTVM.

Rectificatio humoris exuberati per fixionem tinctura.

CVm exuberaueris tuum argētum viuum vel cum corpore vel cum ☿ ante-

quã tu fixes oportet te rectificate cum ſeptena diſtillatione, quouſque ſuæ limoſitates habeant ſplendorem, & claritatem criſtallinam vel margaritiuam, vel lucem argẽti, ſicut claro chalco. Tunc igitur ipſa eſt apta ad faciendum efficaces operationes in fuſibilitate argenti viui, quando in illo eſt fixa, ſicut tibi diximus. Et eſt ſicut forma perficiens ſiue ſulfur, quod fit de argento viuo. Et adhuc vltra hoc multas alias virtutes habent lapides communes, de quibus aliquos tibi dicemus ſuper margaritas.

CAPVT SEPTIMVM.

Rectificatio parlarum.

OStenſio virtutis dictæ humiditatis exuberatæ eſt, quòd habeas margaritas minutas, vel parlas claras quantum vitri,

volueris, & illas ponas intus tuum vas vitri, quod habeat fundum rotundum cum ſuo coopertorio, & pone intus tantum de dicta aqua exuberata, quòd natet ſuper margaritas ad groſsitiem vnius cauti cladij, poſtea cooperi cum ſuo coopertorio vitreo ad finem quòd puluis nec quicquam aliud non ingrediatur intus, & infra tres horas erunt fuſæ in quadam paſta alba, recollige ad partem, limoſitatem quæ natabit in ſuperficie aquæ, quia illa eſt ſua forma exuberata, & multiplicata per limoſitatem aquæ Mercurij, quam ſibi debes reddere quando tibi dicemus.

CAPVT OCTAVVM.

Diuiſio ſpeciei, & vnitas illius cum limoſitate aquæ.

Quando

QVãdo tu videris, quòd dictæ margaritæ in paſtam albam fuerint liquefactæ per virtutem aquæ omnes integræ ſine aliqua alia actione caloris, tu poſtea colabis aquam bene ſapienter inclinando vas multũ limpidè cum omnibus ſuis limoſitatibus, quæ natãt ſurſum, et totum hoc pones intus vnũ aliud vas vitreum, quod aſſimiletur priori, et ſerua bene quòd de prædicta paſta non poſsit aliquid colari cũ dicta aqua niſi ſolũmodo limoſitas quæ eſt ſua propria forma, et cooperi bene omnia tua vaſa. Et illud vbi eſt aqua colloca bis intus balneũ artificioſe taliter quòd illud poſsit recipere actionem caloris per ſublimationem in vaporem aquæ calefactæ, et ſic ſtet per terminum triũ dierũ naturalium. fili ſcias quòd limoſitas margaritarum cum limoſitate ☿ coniungetur & continuabitur & vnietur per omnes partes aquæ, ſicut fuſæ res in liquorem ſenſibilem,

bilem, ſepara de balneo & pone ad par-
tem.

CAPVT NONVM.

Fortio margaritarum introductione ſuæ formæ nouæ facta.

POſtea accipe vnam formam de argen-
to ſeu exemplar factum artificioſe ad
quantitatem groſſitiei ſecundū quod vo-
lueris facere margaritas. Et ſit deſuper de-
aurata ab intra, vel ſit facta de duabus
partibus concauis bene iunctis vna cum
alia ad finem, quòd partes formæ vel exē-
plaris fuerint coniunctæ, concauitas inte-
rior ſit tota rotunda ſecundū concauitatē
quā volueris facere margaritas, et quæli-
bet dictæ formæ habeat vnū foramē par-
uū in tali modo, quòd vnū filum aureū fa-
ctum ad tenuitatē capilli vel modicū ma-
gis groſſi poſſit ibi intrare, & quòd vnum
foramen ſit in rectitudine alterius corrū-
pētis in linea recta quodlibet ſuo ſimili ſi-

cut

cui faciunt illa foramina quadrantis postea imple dictum exemplar. Et dicta pasta scilicet vnam partem exemplaris solummodo quousque veniat, quod medietas sit plena æqualiter, postmodum pone ex transuerso dictum filum auri, & postea superius de pasta cum vna spandela auri ad finem, quòd alia medietas exemplaris possit bene impleri, postea claude exemplar in coniungendo pecias, & formabis tuam margaritã, trahe extra filum auri, & videas cum totum ali, quod sit perforata à parte in partem, & transi iterum filum, postea aperi exemplar, et proyce extra. Et pone super platam vitri cooperti cũ coopertorio vitreo, et dimitte exsiccare in vmbra, quòd non contingat ibi, per talem modũ fac omnes alios, & postea pone ad desiccandum sicut tibi diximus.

CAPVT DECIMVM.

Mo-

Modus quo tu debes facere formam perfectam ad margaritas, poſt quam ipſæ ſunt formatæ.

CVm formaueris tuas margaritas cũ exẽplari, et ipſæ fuerint bene ſiccæ, tu accipies filum aureum, & ſine tangẽdo dictas margaritas cum manibus induſtrioſe pones filum per foramina quouſque cordaueris tuas margaritas ad modum de Pater noſter: poſtea habeas duo vel tria oua ſecundum quod corda magna fuerit margaritarũ. Et ſic quodlibet fractum cum quolibet capite ſit, quòd caput perforatum vnius poſsit intrare in capite alterius perforati, tamen iuſtè quantum iuſtè poteſt, ſicut tibi oſtendimus per iſtã figuram. Et abijcatur totum quod eſt intus, poſtea pone intus margaritas.

Et plũba eas in dicto liquore, et dimitte ibiſtare ad terminũ vnius Aue Maria,

& postea pone intus dicta oua & claude oua cum cera, & pone ea in loco aeris per octo dies, quòd sol non tangat. Et postea ad solem per tres dies vertendo oua de vno latere in aliud de tribus ad tres horas totum integrè & vniformiter, non impediendo decoctionem margaritarum. Aliud non oportet te facere. Aperi oua & frange, & inuenies margaritas cum tali claritate seu luce quòd natura non est sufficiẽs ad dandum ibi in loco suæ minerę, nec per naturā possint inuenire tanti splẽdoris sicut sunt per artem, si magister scit facere. Sic etiam potes rectificare illas, quæ sunt diminutæ per calorem balneorũ, quia Dominæ quãdo balneãtur, tenẽt eas in manibus, et tunc corrumpuntur si sunt naturales: quia artificiales nõ possunt corrumpi ita cito, sicut faciunt illæ propter humorẽ fixum, exuberatum, quæ retinẽt claritatem, sicut spiritus retinet animã, quæ

quæ anima tenet corpus in vita mediante ſpiritu. Sed talis ſpiritus non eſt cuilibet datus ſcire, & cognoſcere, quòd eſt ſophiſticatus. Et ſi tu vis rectificare diminutas in claritate, tu potes rectificare duàs ʒ ex illis, cum quarta parte vnius ʒ margaritarum, diſſoluendo illas, ſimul informãdo, ſicut tibi diximus, nec magis, nec minus in dicto liquore. Sed ad finem, vt tu non decipiaris in emendo, accipe vnam, & frange, & ſi intus inueneris albam ſicut de foris, bona eſt: & ſi eſt nigra, eſt ſophiſticata, vel eſt cõbuſta in balneis, vel in cibo. Et communiter tales ſunt fuſcæ ab extra: quia ſi vides quòd non ſunt bene claræ ab extra, non emes, nec franges, cùm ſignum quod ipſæ tibi oſtendunt ab extra tibi ſufficiat. Aliqui ſunt qui cum ſale armoniaco probant eas, et cum vapore ſulfuris, ſicut magis plenariè continetur in noſtro Lapidario, in quo locuti fui-

C mus.

mus de aliquibus experimentis ſecretis. Et ſi tu vis videre tranſmutationem rectitudinis, quando margaritæ habent ſuam decoctionẽ recipiendo ſuam ſpeciem infra oua, tu loco teſtarum ouorum accipias vnũ canonem vitri ad longitudinem fili. Intus illud pone filum cum margaritis per talem modum, quòd tranſeat ab vno capitẽ in aliud, & coniunge caput ſuum intus ampullam, in qua ſit aqua margaritarum ad recipiendum vaporem aquæ, et luta bene cum cera omnia foramina, quòd non poſſit reſpirare, nec aer intus intrare, & procede per modum quomodo tibi diximus, & videbis per vitrum ſuam transformationem. per ſimilem modum potes tu facere rubinos, et illos rectificare cum liquore Mercurij rubei. Et ſic de omnibus alijs lapidibus per modũ quem tibi diximus in tractatu Lapidarij in ſecundo capitulo de rectificatione lapidum. Deo gratias Amen.

Ca-

CAPVT VNDECIMVM.

De creationem Mercuriorum rubeorum ad faciendum tincturam rubeam de sua propria substantia ad consequendum operationes supradictas.

Illi tu accipias liquorem vltimum, qui magis grauiter separatur per distillationem super cineres, & illum distillabis in balneo per tres vices. Et post quamlibet distillationem pones aquam super terram viscosam, & illa terra cito dissoluetur in dicta aqua. Separa iterum illam aquam per cineres, hoc fit per intentionem, qua aqua attrahat ignem, quæ est in tinctura, & conseruetur pro tinctura, distilla illum liquorem iterum per balneum ad finem quod spolietur ab igne, & pone ignem semper ad partem: quod cùm fuerit distillatum, trahe magis de

anima terræ cum igne ſicco, cuſtodi tamē quòd terra non viuificetur, quia ſtatim combureretur tinctura ſulfuris albi, in quo debet fixari ignis noſtris lapidis mercurialis, & hoc reitera quouſque videris terram comminutam deficiētem ab omni humiditate: poſtea accipe, & laua ipſum cum diſtillatione, & calcinatione, quouſque ſit bene rubeus ſicut ignis. Filius iſte extrahitur cum calore & humore, & alter extrahitur cum ſiccitate & frigiditate.

CAPVT DVODECIMVM.

De rubificatione, Mercurij ſublimati in ſuomet igne ad faciendum elixir rubeum.

RECipe Mercurium ſublimatum, ad album, ſicut tibi diximus, & diſſolue in aqua Mercurij, de qua extraxiſti ignem lapidis mercurioſi, & in aqua ſit diſſolutus dictus ignis lapidis tam ſubſtā-

tialiter

tialiter quàm eſſentialiter: quando dicimus ſubſtantialiter dicimus per ſubſtantiam ignis: & quando dicimus eſſentialiter ad differentiam qualitatum, quas accepit in ſubſtantia ignis: poſtea ſepara aquam per diſtillationem quouſque ſit totum congelatum. Et alia vice reduc ſibi aquam ſuper Mercurium ad finem, quòd ſi ibi eſt vnctuoſitas ſeparetur cum aqua per diſtillationem: pòſt alia vice reduc, & tertiò diſtilla, & poſtea paulatiuè fortifica tuum ignem quouſq; videas minus fortiter rubificatum. Et ſi nihil eſt ibi quod ſit ligatum cum igne lapidis, continua tuum ignem quouſq; videas, quòd ſublimatiũ ſit ſublimatũ, et fixum quod eſt in vaſe ſit rubificatũ et ſuper iſtam fixa ſua elementa, ſicut tibi diximus, ſi bene nos audiuiſti, & habebis de Mercurio elixir ad plenum.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De modo fermentorum compoſitorum.

FIli tu debes ſcire quòd ſunt duo fermenta compoſita de tinctura, et fermenta compoſita de liquefactione: fermenta compoſita de tinctura ſunt in numero ſeptẽ, ſicut patet per tabulam fermẽtorum et per figuram tincturarum ſituatarũ in ſex litteris alphabetalibus ſcilicet B C D E F G. B ſignificat aquam ſimplicem rubeam. C ſignificat ſulfur rubeum ſimplex. D ſignificat aurum diſſolutum ſimplex. E ſignificat aquam rubeam compoſitam. F ſignificat ſulfur rubeum compoſitum. G ſignificat aurum ſolutum compoſitum. Et ab iſtis naſcuntur tot figuræ triangulares, quot ſunt cameræ dictæ tabulæ, ſicut per figuram circularem ſtat ſignificatum. Fili quãdõ tu euacuaueris ſolùm vnam de cameris dictæ tabulæ per factum experientiæ, ſcilicet

ſcilicet tu ſcies quid eſt noſtra philoſophia, & vtilitas illius, & hinc potes trahere multos ramos, ſi ingenioſus es in operatione vacuitatis ſeu euacuationis dictarum camerarum.

CAPVT DECIMVM quartum. De modo fermentorum compoſitorum, & de liquefactione quod nos vocamus gummas.

FErmenta compoſita ſunt de liquefactione tot, quot ſunt fermenta tincturarum, & facta ſunt ſucceſſiuè ſuper illis quæ fluere dicuntur, & ingredi in omnes tincturas per beneficium adminiſtrationis, quod fit ſuper illam de liquore vltimo ſimplici vel compoſito: & ideo non erit tibi [illegible]rentia, niſi illa,

quã compoſitum tincturæ accipit, per virtutem dicti liquoris, & fuſionis, & manentiæ veræ dulcedinis: quare loco aquæ rubeæ ſimplicis mittes aerem rubeum ſimplicem: et loco aquæ rubeæ compoſitæ mittes aerem rubeum compoſitum. Simplex ſignificetur tibi per H, & compoſitum ſignificetur per I. Exemplum, quando volueris habere fermentum compoſitũ de liquefactione, fac primũ illud de tincturæ, et multiplica illum cum igne lapidis, diſſoluendo illud cum aqua lapidis, vel ſimplicis Mercurij: & per ſimilem modum diſſoluatur ſulfur, poſtmodum congeletur, & bene rubificetur, ſicut tibi diximus. Et iterum diſſolue illud rubificatum in ſuamet aqua, poſtmodum in ſimili aqua diſſolue corpus fini auri ad quartam partem ſulfuris rubificati, pòſt miſce aquas, & dimitte fermentari per nouẽ dies naturales, poſtea euapora aquam cum calore ſimplici

ter

ter facto in balneo Mariæ continuè, quousque de illo nihil possit distillari: postea pone super cineres cum suo coopertorio clauso, et hic stet quousque fixetur humor fermenti. Et sic fermentum tincturæ rubeæ compleueris bene per primam cameram. Istud fermentum est tale quòd quando fuerit gummosum, attrahit omne metallum in suam propriam naturam, & conuertit in finum aurum nimis lucens, & attrahit ad suam puram substantiam, & liquefaciet ad hoc vt sit fermentum totum.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Fermentum liquefactionis.

CVm tu feceris fermentum tincturæ, illud conuertes in liquefactionem cõiungendo H sibi secundum pondus quod scis, & sensus tibi demonstrat per opus naturæ, quousq; totum sit fixum intus de-

ſcenſorium. Poſtea tu pones vnam quintam literam, & illam fixabis, quouſq; videas, quòd funditur ſicut cera ſine fumo: & ſic erit factum fermentũ liquefactum primæ cameræ. Iſtud in infinitũ poteſt multiplicari per opera ſecreta in mixtionibus facta diuerſarum noſtrarum camerarũ.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

De multiplicatio fermentorum per viam mixtionis.

FIli ſi B ponas tu cum E, quæ ſunt duæ cameræ, miſcetur totum in vnam reſolutionẽ liquefactionis cum calore ſolummodo. Sed ſi cum aqua lapidis vis facere tuam mixtionẽ, illa erit melior: quia eſt prope vnionẽ rerũ miſcibilium, quæ iam ſunt alteratæ per opera ſuperius dicta. Accipe igitur fermentum de B & illud de G: & quodlibet illorum proijciatur in aqua rubea, & poſtea coniunge aquas, & euapora illas in balneo Mariæ, et poſtea pone ſuper

per cineres, et fac per modum, quemadmodum tibi diximus in præcedenti capitulo. Et si vides quod non fluit, coniunge secum de aere tantum quantum fuerit expediēs: quia quantum minuitur in liquefactione, tantum trahitur aqua per distillationem. Et per hoc reuelatur tibi separatio quintarum essentiarum: restitue sibi quātum perdidit, & plus, & feceris multiplicationem compositionis super aliud compositum, & sic magisterium cōiungens gummam cum gumma, & fermentum cum fermento. Et illud postmodū tu potes multiplicare, quòd finis multiplicationis nunquam potest videri, cùm sit infinita. Quando nos dicimus melius vel plus, magis dicimus per experientiā ad rationē sensus, cum certū sit pondus limitatū à natura. Propter hoc debet operari per rationē intentiuam, & sensum Artista, inclinādo ad finem optatū quem natura desiderat. Et hoc scire potest cito si modi-

modicum & modicum biberit, quousque videas fluere, quia aliud pondus non est ibi: propter hoc dicimus, & plus cum cautela scita per sensum intelligendi in rebus inuisibilibus si vides per sensum sui intellectus, quo vtitur cum cautela, quousque videas signum quod demonstrat mensuram, per quã sua natura ponitur ad fusionem, quæ est totius sui corporis recta perfectio. Et quando dicimus infinitam ad differentiam vitæ hominis dicimus. Et si vis multiplicare dictum fermentum compositum, & illud ducere ad maiorem compositionẽ multiplicationis, coniunge ibi dictam cameram de B F D H I. Et si de maiori multiplicatione eum vis, misce cum alijs cameris per viã practicalem. Ego et aliqui de meis socijs euacuauimus totas quatuor cameras primæ partis tabulæ infra tres annos cum magna solicitatione. Et credo quòd totum euacueramus infra tres menses,

ſes, ſi diuiſio non ibidem contigiſſet ad voluntatem omnium. Fili ſi tu ingreſſus es artem per viam practicæ, ſtatim videbis omnes vires ſuas. Fili in ingreſſu magiſterij eſt tardatio, & mora: quia in principio ſeparationes elementorum ſunt longæ, & rectificationes illorum, & creatio ſupremi medij mineralis, quod tenet tamen omnes virtutes minerales, ligatas in ſuo ventre per ingenium magiſterij, p quas quidquid dictū eſt fit. Et ſi omnia fermenta D de miſcueris cū illo de G, ſicut tibi diximus per practicam primarum camerarum, fiet ſine alia multiplicatione elixir vel fermentum poteſtatis infinitæ.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

De prima operatione, quæ venit ad inquiſitionem perfectionis magiſterij.

NVnc dicemus primum opus, quod vidimus ad inquiſitionem perfectionis

is Mercurij. Fili tu dissolues primò argẽ-tum viuum in aquam Mercurij, & postea separa aquam per balneum, & aerem per cineres, & pone quælibet ad partem: po-stea reduc aquam super feces ad finẽ quod dissoluatur quod dissolui poterit, & hoc quòd dissolutum fuerit, erit in forma olei natans super terram ad fundum aquæ: po ne totum ad fermentandum cum leui ca-lore per vnum diem naturalem, ad finem quòd dictum oleum possit continuari cum aqua per virtutem caloris mouentis ele-menta miscendo: postea separa aquam in-clinando vas, & pone intus vnam cucur-bitam, & super istam pones alembicum ad distillandam aquam in balneo, & ae-rem in cineribus, sicut superius iam di-ctum est, & separabis aquam per distil-lationem super cineres à primis fecibus, & alia vice infunde superius aquam, quæ est separata per balneum. Et si vides quòd

feces

feces ſint in aliquo humidæ, ſepara humiditates ſicut ſuperius dictū eſt, tātum per balneum quantum per cineres: poſtea coniunge feces ſecundas & tertias diſſolutas omnes ſimul, & primas proyce, & ab illis ſepara aquam per balneum, poſtea aerē per cineres. Fili ſcias quod hoc quod eſt magis calidū in natura debes capere cū toto ſuo liquore per diſſolutionem, & continuationē illius in aquam Mercurij, quia iſta eſt materia, quæ citius diſſoluitur, ſicut magis calida. Et aquā ſeparatam diſtilla per balneum, et aerē eodē modo quinq; vel ſex vicibus: poſtea mortifica terram cum aqua præparata modicùm, quouſque ſit bene ſicca: poſtea reduc ſibi de aqua per intentionem animationis, & ſublima quouſque ſit gelata, poſtea fortifica ignem, quouſque ſublimetur quidquid poterit, & cum aqua reduc ſublimatum ſuper rem fixam, & hoc reitera quouſque ſit

fixa

ſit fixa ſibi aqua ad medietatē ſui ponderis. Et poſtea fixa ſibi de aqua ſecunda per ſublimationem factam cum igne graduato, quouſque videas fluere: quia aliud non te oportet facere: ſemper quando videris quòd viuificatur, dabis ſibi modicum ſulfuris, quod cōſtringat ipſum. Et propter hoc fili cùm hoc deficit in ſua conſtrictione, practica nobis oſtendit, quòd illud deficit in ſulfure conſtrictiuo. Quare tibi illud declaratur, quòd perfectè nunquā poteſt fixari ſine ſulfure gelatiuo, & à ſe congelato, nec tale ſulfur gelatum poteſt vnquam haberi niſi argentum viuum fixes per minimas partes, quouſque ſit imprægnatum calore et ſiccitate, quæ eſt de natura ſulfuris: & quanto magis gelatum eſt, tanto magis naturam ſuam oſtendit, vel vim, quæ eſt calor & ſiccitas nata in ventre argenti viui per calorem & ſiccitatem cum tarditate temporis.

Nunc

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Nũc dicemus compoſitionem aquæ potabilis ſimplicis, quæ fit de fixato per naturam, ad confortandum humidum radicale humanum.

ACcipe aquam, quam ſuperius tibi diximus, quæ habet poteſtatem ſoluẽdi aurum ſub conſeruatione ſuæ formæ. Et ſubtilia illam per viam continuationis cum inhumatione in balneo, & leui decoctione, poſtea pone aurum diſſolutũ in quadam cucurbita vitrea, & diſtilla aquam, & ſepara totum humorem, & manebit ſubſtantia auri in fundo vaſis tota ſicca, poſtea accipe de lunaria, & diſtilla humorem per alembicum, quouſque videas per diminutionem ſuæ ſulfureitatis, quòd non poterit magis comburere, pòſt continuatuam diſtillationem in alio receptorio, & aliam aquam recipe quouſque ſuper caput alembici non appareat aliquid de venis.

In ista aqua proycies substantiam auri, et statim dissoluetur in aqua vegetabili ratione Mercurij. Postea rectifica suum Mercuriũ à phlegmate, quousq; videas quòd cõburit: postea misce cum substantia auri, & est aqua vitæ.

CAPVT DECIMVM NONVM.

De administratione dictæ aquæ in corpore humano, & primò de aquis temperantibus illam.

TV accipies de aqua vitæ, & separa suam humiditatem totam per distillationem & substantiam aquæ, quæ est purum aurum, tu pones ad partem, & intus humditatẽ vegetabilem tu pones tertiã partem faui mellis cum omni sua substantia, scil. cum cera, & cum melle, & illam pones ad fermentandum in leui calore per tres horas, et quãto magis instat, magis valet: postea pone ad distillandũ in balneo. Et istam distillationem et fermentationẽ reitera renouando fauũ in qualibet secun

da

da diſtillatione per noue vices.

CAPVT VIGESIMVM.

De confectione ſecundæ aquæ.

ACcipe vnum caponem antiquum, vel vnam gallinam depluma, et proyce interiora, & inteſtina, & quidquid eſt in tus ſuum ventrem: et ſeparamus pedes, poſtea ſeparamus oſſa, et tota caro piſtetur: poſtea pone ad alembicum in balneo diſtillando totam aquam, & illam pone ad partem.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

De confectione tertiæ aquæ.

ACcipe carnes gallinæ, vel caponis, et ſuper cineres diſtilla omnem ſuam humiditatem cum igne mediocri bene continuato, & cuſtodito à combuſtibilitate carnes, & pone ad partem humiditatem.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

De confectione quartæ aquæ.

ACcipe de humiditate ſimplici dictæ lunariæ, & de prima pone tres partes ſuper ſubſtantiam dictæ carnis, poſtea claude cucurbitam cum ſuo coopertorio vitreo, & cum cera cōmuni, et pone totum ſuper cineres per tres dies naturales cum igne ſerraturæ compoſitæ, poſtea pone deſuper alembicum, & diſtilla totam aquā per alembicum, et illam ſerua ad partem.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM

De confectione quintæ aquæ.

ACcipe dictam ſubſtantiam gallinæ, vel caponis, & ſuper cineres ſepara totam humiditatem per diſtillationem.

CAPVT VIGESIMVM.

quartum. De confectione ſextæ aquæ.

Accipe omnia oſſa dicti caponis, vel gallinæ bene minutim piſtata mitte in alembico,

lembico, & ſuper cineres accipe totum ſuum liquorem diſtillatum.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

De rectificatione trium aquarum diſtillatarum per cineres, de modo adminiſtrationis.

ACcipe tertiam aquam, et quintam, et ſextam, & pone ſimul, poſtea diſtilla per alembicum, & ſerua ad partem.

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

De modo adminiſtrationis.

ACcipe aurũ, quod eſt aqua termiata, et humidum radicale, et cõgelatũ, et modicũ coloris citrini, ſimile auripigmẽto, & mitte ibi medietatem in prima aqua, et ſtatim diſſoluetur in aquam glorioſam, de hac aqua accipe ad quantitatem vnius cocleariſ argenti, miſce cum magna quantitate vini albi, & da ſano phlegmatico in hieme. Et ſi eſt cholericus, da cũ aqua ſim-

plici. Et melancholico da cum brodio cauliū, vbi sit coctus muto. Et si est sanguineus, non des sibi de hac aqua, sed de illa quæ sequitur in vino albo simplici. Accipe de aqua auri ad quantitatē medij coclearis, et erunt securi ab omni ægritudine, et rectificati contra qualitatē temporis. Et si est in æstate, phlegmatico da cū brodio gallinæ. Et sic etiam si est melancholicus. Et debes dare istam aquā quādo tempus excitatur in sua magna actione vel in frigore vel in calore. Et si vis dare infirmis, administra p hūc modū. Accipe aliā medietatē auri, et dissolue in aqua secūda caponis, & si infirmus est phlegmaticus, da sibi medium coclear argenti cum duabus partibus quartæ aquæ, et simile facies si sit sanguineus. Et si est cholericus, coniunge duo cochlearea trium aquarum rectificatarū: similem modum facies melancholico. nō oportet te dare nec facere aliud, si infra dies non est cura-

curatus, vel minus melioratus. Nec cures cognoscere infirmitates: quia sapiens natura per suum instinctum dedit virtutes lapidi dissoluto ad curandum omnes infirmitates, & ad rectificandum seipsum, sicut magis largè diximus in tractatu aquarũ medicinalium. per talẽ modũ potes administrare supremam medicinam corpori humano semper, cùm illa sit minus digesta, & depurata per industriam tantũ artis quantũ p̃ industriã naturæ, et à supremo tẽperamẽto est deducta: nõ oportet administrare cum supradictis aquis, sed solũmodo petere ab ægroto quem cibũ appetit magis comedere. Et cũ illo quãtũcunq; sit ei contrarius administra sibi ad quãtitatẽ vnius grani milij semel tantũ, et nõ plus vel in salsamento, vel in scutella, vel in vino vel in brodio, vel in liquore spissο vel claro, secundũ ingeniũ quod tu scieris ponere vel ipse appetierit. Fili ista medicina habet

aſpectum ad contra infirmitates calidas, & frigidas naturales, & accidentales. Quando te volueris mutare de vna terra in aliam, & volueris ducere dictam medicinam ſimplicem, vel compoſitam, congela ipſam. Et poſtea pone illam in vitro, et duc illam tecum, & vtere ſicut tibi diximus, per liquorem potabilem, vel in omni cibo vbicunq; tu fueris, virtutem habebit tãtam, vel virtutes tantas, quæ ſunt incredibiles, non cognoſcentibus, ſicut plenariè diximus in tractatu Lapidarij. Et quãdo de illa volueris adminiſtrare leproſo, da ſibi cum aqua frigida communi: & venenatis cum vino albo.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

De furnis, & vaſis. Et primùm de furnis.

AD conficiendum, & componendum dictam medicinam fili matrem, ac imperatricem omnium aliarum medicinarum

rum, opus eſt quòd habeas quatuor aut quinq; furnellos, vnum ad calcinandum, vnum ad diſtillandum ſupra cineres, tertium ad inhumãdum, quartum ad diſtillandum in balneo Mariæ, quintum paratum ad interrupta opera, & ad defectus corrigendos, & emendandos errores, ſecundũ quod documentum naturæ tibi monſtrauerit. Et debent eſſe rotundi ad intra cum tribus medijs in quolibet fundo rotundis ſciſsis in medio de magnitudine tõſuræ magni clerici vel capellani, vel de latitudine quatuor digitorũ, talimodo, quòd poſsis claudere & aperire quando opus erit, de ſuis clauſuris ad hoc aptis. Et de vno medio ad aliud ſit ſpatium vnius palmi largè, & quodlibet medium ſuam habeat portam, quæ claudi & aperiri poſsit, ſecundum diuerſitatem ignium, & ſimul ſint coniuncti, vnus prope alium in longitudinem, & in furno medio in quolibet

cornu ſit vnus conductus, vt aliorum calorem poſsit accipere inferius & ſuperius, et fiat inferius prope fundum, et quòd claudi & aperiri poſsint, quotiens opus erit, & ſic habebis bonos & perpetuos furnos ad continuandum ignes diuerſos, quos requirit medicina vſque ad finem & complementum ipſius. Et quando vis aliquid facere, appropria furnellos ſecundum quod res requirit, vel in balneo ſeu cineribus aut igne flammæ. Quia in balneo noſtras aquas diſtillamus, & ſupra cineres æra noſtra ſeparamus. Et terras noſtras in aquæ claræ forma calcinamus. Et in igne flammæ ſpiritus noſtros fixamus, quia optecicus eſt, & eſt ignis qui dat medicinæ potentiam actiuam ad omne illud quod facit: & tempore pendente quo quæris & facis magnã medicinã philoſophicam in tua practica opus eſt, quòd habeas quoſdam paruos furnellos vnius me-

medij cauſatum: quia particulares medicinæ non requirunt tot diuerſitates digeſtionis niſi tantum tres, quæ in furnellis paruis fieri poſſunt, ſicut poſtea dicemus per ramos diuerſos, & particulares. Et iſta eſt magna habitudo gaudij ad digerendum ſapienter ad opera naturæ, & ad habendum patientiam in decoctionum mora in magna medicina. Et ideo ad vitandum otium potes res multas facere.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

De vaſis proprijs habendis.

AD omnes componendum medicinas fili non indiges niſi tantummodo vnius vaſis forma, quod quidem eſt trium petiarum, ſcilicet vnius cooperculi, vnius alembici, & vnius cucurbitæ caraba ſſæ,

baſſæ, quod vas differentiam non habet ſecundum operationum differentiam: quoniam ad diſtillandum dictum eſt, diſtillatorium per ſuum alembicum. Ad diſſoluendum dicitur diſſolutorium, ad putrificandum, putrefactorium, ad calcinandũ dictum eſt, calcinatorium ſiue mortificatorium, vel ad congelãdum congelatorium, creatorium, ymon infumatoriũ, putrefactorium, attenuatorium, cõdenſatorium, & terrimentorium. Et tamen non habet formam niſi vnius vaſis tantum. Sed quælibet medicina requirit habere ſuum vas vitreum ſuum alembicum, & coopertculum, vt ſuprà dictum eſt. Quando dicimus fili medicinam in hoc capite, hoc eſt ad intellectum ſimplicis per ſe, vel compoſitè per ſe ſimplicis, ſicut tanuummodo terra prima eſt, vel aqua tantũ per ſe ſine aliorum elementorum additamento. Et ſic de quolibet ipſorũ compoſito, ſicut lapis, qui

creas

creatur de duobus elementis ſimplicibus ſcilicet terra & aqua, vel elixir, quod eſt factum & compoſitum de ſimplicibus ac de compoſitis, vt de ſulfure & de fermentis, & de ſimplicibus prout de terra & aqua. Et ideo fili quãdo aqua parata erit ſuo proprio indiget vaſe facto, vt ſuprà dictum eſt, ſicut ſimplex medicina, et aer ſimiliter. Et ſic de alijs elementis, & medicinis ſimplicibus. Quare tibi ſit manifeſtum, quòd quando res duæ poſſunt fieri in vno tempore, noli progationem quærere, vel ſucceſsionem temporis ob defectum vaſorum. Ideo quòd aliquando potes duas res facere ſimul, & quandoque tres vel quatuor, quod facere non poſſes, ſi vaſorũ haberes penuriam, quæ ſunt omnia vnius formæ. Et iſta forma tibi poteſt ſufficere ad componendum, & ad finem deducendum regalem medicinam.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

Quo-

Quomodo debes intelligere elementa.

DEbes intelligere fili, quòd elementa ſunt omnia compoſita, quia natura non habet ea ſuſtentare, niſi in materia vnius ſimplicis compoſiti ab alijs elementis compoſiti de materia fina, & clara elementati, per virtutem elementatiuam, in qua ſuſtentata eſt vegetabilis virtus. Qua re fili noſtra elementa ſunt in quolibet illorum. Et ipſorum quodlibet eſt in forma circuli, & quilibet circulus nominatus eſt ſimplex mixtum. Fili nomen cuiuſlibet elementi accipimus ratione ſuæ proprietatis ipſum terminantis, ſicut aquam ꝓpter frigiditatem ſuã, & ignẽ propter ſuũ calorem, & ſic de alijs. Adhuc reſpectu talis terminationis clamamus corpora animalia, & res vegetabiles, & minerales, ſecundum denominationem elementi dominantis in quolibet eorum. Et quia corpora ſucceſſiuè generantur naturaliter ab elementis

lementis ſecundū gradualitatem ſuarū diuerſarum ſimplicitatū in groſſitie, vel mediocritate ꝓpriè diuerſarum formarū in diuerſis elementatis, de quibus aliqua clamamus elemēta, et maximè mineralia corpora, et omnē rem, cuius vna pars eſt par ſuo toto, & ideo noſtra medicina dicta eſt ignis: quia determinatè complexionem ignis habet, non obſtandum quòd fuerit de elementis compoſitis facta, et de qualitatibus contrarijs temperata. Et quia vnū de compoſitis in aliud intrauit, & formam homogeneam acceperit per veram mixtionem, quæ vnio dicta eſt rerum alteratarum, quæ miſcibilitatem appetant, vt veniant ad compoſitionem potentia inſtrumentorū dictarū alteratarum rerū, ſed elemētabilitas et vegetabilitas, et tunc perfectus eſt circulus ſphæricus quatuor circulorum ſphæricorum, qui quadrangulum faciebant, quando diuiſi erant.

Qua-

Quare fili intellige, quòd elementa nostra sunt composita, & elemẽtata, quia in terra nostra ignis incensus est: Et ideo calida est per complexionem appropriatam ei ex parte ignis, & etiam aqua, & aer in illa contenti, & in illa participant secundum magis & minus proprietates suarum extremitatum, & sic est de aljs elemẽtis: quia in aqua nostra sunt aer, ignis, & terra, sed ignis in profundiori suæ regionis remotius quiescit, quàm faciat in terra vel aere. Et ideo illum ignem multiplicamus per aliorum calorem, et eundem in frigiditate aquæ temperamus, & in aquatica humiditate fixamus quæ est materia sulfuris. Nam humiditas est materia ignis nostri sicut oleum est materia lucis ardentis in lampade. In tali materia fili applicandus & augmẽtandus est ignis noster, quousq; fiat sulfur: nam ignis terræ qui combùrit, & ardet manum, in

subs-

tem, per quam oſtēdit ſuā ſulfureā poteſtatē per ſuam proprietatē, quæ omne cōgelat ar. viuū. Accipe exēplū fili experimentale de ratione philoſophiæ noſtræ, quæ tibi patēter oſtēdet in magiſterio noſtro, quòd ſicut calor naturalis ſimplex ſuū humidū naturale ſimplū terminat digerendo & congelando illud ſecūdum ſubtiliationem cibi bene limitati ad proportionem virtutis caloris naturalis digerētis, ſicut manifeſtat regimen primum de reductionibus in ſubſtantia ſulfuris. Sic ſimiliter calor compoſitus multiplicatus, qui eſt in humido maturo, digerit et maturat materiam crudam ar. viui vulgaris compoſitā in terminatione formæ metallinæ. Multiplica ergo ignē fili in ſubſtātia ſubtili ar. vi. noſtri, et congelabit illud cōpoſitè. Ideo quòd natura tibi oſtendit quòd puer ad mamillas pendēs & eas ſugens cibū fortem capere non poteſt, niſi per calorem naturalem matris

primo digeratur, coquatur & ſubtilietur, & in materiam lactis conuertatur, qui eſt cibus, & infantis proprium nutrimentum, & hanc rem natura requirit generaliter, in ſuis primis actionibus, ad nutriendum fructum ſuum ſiue infantem. Et illud quod capere non potuit, in groſſo cibo quod attrahat & fugat in ſubſtantia lactis, quouſq; infans aut fœtus poſſit nutriri, & accipere cibum groſſiorem. Filiſpeculum tuum ſit generatio, & nutrimentum primum infantis procreando lapidem, et hic iacet totum regimen ſanitatis. Cui omnis bonus medicus debet per intellectum firmiter adhærere.

CAPVT XXX.

De animatione elementorum, & de cognitione ipſorum.

ARgentum viuum noſtrum fili aptũ et opportunum, vel pars illius eſt aqua

qua distillata à sua terra. Et terra similiter est etiam nostrum argentum viuum animatũ. Et anima est naturalis calor, qui collectus est in essentia prima elementorum argenti viui. Quare tibi scire facimus, quòd aliquantulum huius caloris debet aqua tenere. Nam aliàs anima-ta non esset. Et ad hoc faciendum elemẽtamus eam. Quia calor naturalis elementat & animat elementa in cõuenienti solutione & putrefactione, qui naturaliter calore naturali penetrante omnes partes elementales diffundit, et fundit per totam materiam essentialiter, & quod diffusus liget se in partes elementales per minima, & paruissimas partes, vt in elementorum separatione ligatus calor & copulatus in essentiali materia elementorum per distillationem trahatur. Et sic materia cuiuslibet elementi remanebit animata igne naturali, qui est calor vnificatiuus, à quo

exuberantur omnia elementa. Et quanto grauius et ponderosius aqua distillabitur, tanto magis erit partibus essentialibus copulata, & ligata argent. vi. quibus est copulatus naturalis calor, prout appa-ret in oleo, & alijs liquabilibus calidis. con sidera igitur fili differētiam, quæ est inter aquam & oleum, nam visus non tantum modo monstrat differentiam per suam so-lam speciem, sed etiam per ipsorum effe-ctum. Si scias comprobare & approbare dū fueris bonus theoricus in nostro magi-sterio. Cùm igitur vna pars caloris naturæ separatur ab alia, vi resolutionis, tunc fluit & funditur materia, & fugit & separa-tur à maiori virtute, & cùm ita sit quod in fluendo perdiderit à calore naturali, ac de suo proprio, & cōnaturali humido. Quā do aliàs per coniunctionem corpus ipsum recipit, tunc reuertitur corpus cum ma-gno appetitu per confortationem, & re-

stau-

ſtaurationem integratur, & ſic ſulfur cum ſulfure iungitur, & humiditas ſuæ conſimili humiditati. Quia natura ignis ignit, & calefacit materiam, & multiplicatur materia in ſe ratione ſuæ eſſentiæ & naturæ, & facit humidum radicale totum nouum, prout leui experientia tibi poteſt oſtendere lapis magnæ lunariæ, maximè poſt elementorum ſeparationem, cùm ſemper habeat appetitum habendi proprium humidum, in quo calor naturalis hoſpitatur, & in quo ſuam imprimit formam & ſimilitudinem, vide quòd materia, in quam debet operari calor, & ſuam imprimere eſſentiam, ſit bene ſubtilis, vt totum fieri poſsit ignis, & radicalis humiditas, & quòd materia per decoctionem longam ſubtilietur, ac finiatur in regiminibus contrarijs, quæ ſunt opera naturæ. Hic intellige quòd duplici indiges calore ignis communis

videlicet humido colligente, & coniungẽte per nutrimentum ſpiritus, & ſicco deſtruente & ſoluente phlegmata poſt condenſationem ſpirituũ terminatorum per humidum ignem.

CAPVT XXXI.

Quomodo debes intelligere actiones ad temperandum elixir.

DEbes ſcire fili pro intentione temperandi tuum elixir, omne temperamẽtum per primas conſtitutum eſt qualitates, coniunctas in immediatis eſſentijs elementorum. Et ideo tibi opus eſt, quòd in illis habeas ipſas temperare per confortationem, quando ſic vult natura. Sed ſicut videre potes, quòd primæ qualitates haberi non poſſunt, niſi ſub ſubſtantiali forma compoſita, & viſibili, ideo neceſſe eſt quòd ſubſtantia cuiuſlibet elementi ſit multùm depurata & ſubtiliata, vt qualitas

tas vnius elementi non disturbet medicinæ temperamentum per alterius qualitatem, quæ est ob præparationis defectum. Quare tibi sit manifestum, quòd si in aqua sit aliqua terra indigesta, quæ debetur sustinamẽto spiritus, post eius præparationẽ male erit rectificata, quia in ventre suo de qualitate sicca retinebit, quæ est propria qualitas terræ. Et per illam frigidus lapis conturbatur in faciendo suam actionẽ. Et sic de alijs elementis. Vide igitur quòd defectus præparationis siccum non confundat frigidũ, nec frigidũ humidum, nec humidũ calidũ, nec calidum humidum. Nam alio modo lapidem tẽperare non posses, nec ipsum ad certum portare gradum specialiter, cùm magnum tibi sit opus scire diuisibiliter, quãtum ponere debes de quo vel elemento. Et ideo quando rectificantur elementa per separationis gradus, hoc facimus, vt lapis vadat & vegetatur ad suo-

quatuor qualitates elementales. Et quòd eorum quælibet ſit fortis ſecundū ſui elementi qualitatem, in quātum eſt poſsibile. Ideo opus eſt quòd lapidem de quatuor qualitatibus excellentibus temperes, et dictæ quatuor excellētes qualitates non reperiuntur niſi in ſimplicibus elementis. Et elementa ſimplātur vi præparationis, ad hoc quòd qualitas vnius non turbetur per qualitatem alterius, & ex hoc reſultat & exit temperamentum ſecundum debilitationem vel confortationem, quæ ſunt facta via reductionis. & ſic altera vice ligantur elementa, & facta ſunt vna aqua compoſita, quæ in ſe continet omnia quatuor elementa præparata, quæ quidē aqua fixatur per minimas partes, et in ſuo fermēto per modū reductionis congelatur, et per illum modū elemēta temperātur actione mutua qualitatum contrariarū, & reſultat vnū complexionale compoſitū in tēperamento

calidi

calidi et humidi, frigidi et ſicci: poſtea ſicum habet tẽperari per humidũ in frigido, & tunc temperatũ eſt de frigido & humido, et pòſt ſupra eum poſitum eſt humidum & calidum, quouſq; veniat elixir, quod eſt factum temperamento nobili.

CAPVT XXXII.

De tribus inſtrumentis ſine quibus operatio noſtri magiſterij non poteſt fieri.

IN hac arte fili habes conſiderare tria inſtrumentalia ſubiecta, ſcil. vegetabile, quod eſt rectũ mutatiuũ principale omniũ ſubſtantiarum: & elemẽtale, quòd eſt principale mixtionum elemẽtorum: & inſtrumenta tantùm. Quia ſine ipſo alia duo eſſe non poſſunt, & omnia iſta tria indigent, quòd ſint vniuerſaliter in materia de qua fit magiſteriũ noſtrũ. quia ſi vegetatiuũ fuerit in materia, nõ poterit tranſmutari prout natura requirit ſecundũ ſua organica inſtrumenta principale effectiuũ huius

inſtrumenti Filii ignis naturalis eſt. Et ſi elementatiuum nõ fuerit, elementa miſceri non poſſent elementatione bona. Nam ſi aqua ab alijs elementis bene elementata non ſit, & à terra ſpecialiter ipſa cibare non poſſet, & per conſequens non haberet ſubſtantiam ad conſtituendum ſulfur, quod eſt medium ſupremum noſtrum, nec vegetatiuum inſtrumentum ſubſtantiam haberet, quo mutare poſſet. Et per hoc intelligere potes, quòd in omni nutrimẽto ſimpla modica proficiunt elementa, cùm natura tibi manifeſtè demonſtret, quòd elementa per ſuum inſtinctum, & inſtrumentum elementatiuum mirabiles faciunt per ſuas mixtiones effectus. Et ars ſimiliter quãdo naturã, inſequitur tibi per practicam oſtendit, quòd elemẽta meliora & pura cito operantur, & multos effectus mirabiles faciunt in elementis mixtis magis quã in ſimplicibus: quia in illis mix-

tis

tis primæ manent essentiæ elementorum, & de illis cibantur & pascuntur virtute dictorum duorum instrumentorum, et sic ligant se simul: nam plus vnius & cuiuslibet ligatur cum plura alterius. Et minus cuiuslibet ligatur cum minori alterius, seipsa simul alterantia per eorum proprias qualitates: sed ista colligatio & congregatio in diuersis proportionibus est facta, sicut tibi dicemus in sequēti capitulo. Et sicut tibi diximus in capitulo ipsorū animationis, et in capitulo vltimo, ac immediatè præcedenti. Quare patet quòd necesse est tibi, quòd materia non sit tali instrumento vacua, quo elementa sunt elementāda. Et si instrumentatiuum non sit elementatiuum, nō habebit qui eum ad elementandum sua elemēta gubernet pro instrumēntando sulfuris compositionem vegetatiuo instrumento mediante, & si tibi sit manifestum, quòd vnum sine alio esse non potest,

teſt, tamen per differentiam ſucceſſionis operationis. Nam quando volumus inſtrumētalitatem in materia ponere, nos vadimus ad regimen diſſolutionis ſuprà tibi dicta, & ibi naſci incipit elemētalitas pinſtrumentalitatē, et quando volumus quòd ſua elemētet elemēta, ad ſecūdū regimē diſſolutionis regimē trāſimus, & ibi ſtatim incipit vegetabilitas naſci, quæ eſt cauſa tranſmutādi, et alterandi elementa cibata, per elemētalitatē in ſulfur, per operationē tertij regiminis, p quā fit congelatio naturæ, et hoc eſt ſulfur. Filj materia à qua creatū eſt ſulfur, ſubſtātia eſt ar. viui, et dicta eſt prima & pura materia metallorū, in qua ma tertia vniuerſaliter tria ſunt inſtrumēta dicta infixa dictarum operationum virtute, quæ potentiam habent tranſmutandi [illegible] num metallū in aliud melius, et in perfe[illegible]orē tranſmutationē mirabilē. Et ſuper hoc dicebant philoſophi aliqui Ariſtotelis

ſucceſ

ſimplex. Et ſimile eſt de frigiditate aquæ, quæ per ſiccum terreſtre contẽta eſt, quãdo locus ei apertus eſt, vt in ſuo vẽtre poſſit intrare in loco ſphærico aereo. Et ideo acuitur per acuitatem ignis ad penetrandum: & quando infra corpus eſt, magis habilis & apta eſt ipſum refrigerare, et indurare per totum ſuum mixtum et commixtum, quod quidem aqua ſimplex facere non poſſet. Et ſimiliter eſt de igne terreſtri, nam intrare non poſſet, neque deſiccare vel congelare corpora humida ſine adhærentia aliqua elementorum aliorum, ſicut apparet per lapidem noſtrum ſulfureum. Per hoc igitur quod principaliter dictum eſt, ad notitiam ſit deducta cauſa, per quam, & propter quam dictus lapis indiget quòd creatus ſit à quatuor elementis, rotatis in quatuor ſphæricis circulis, et ſemetipſis ligatis, de catenis deauratis omnino, ſicut ipſorum tibi mani-

cestare potest experientia clara. Et quia talem actionem nõ habent elementa simpla, philosophi antiqui dictum colligamentum clamauerunt mixtum et mirabilem mixturam, per quam alia virtus vltra tria instrumenta prædicta resultat, quam supra tibi in elementato diximus. Et ideo hoc tibi dicimus, vt in teipso recolligas omnes virtutes, quæ in composito causantur, & cognoscas et scias quòd quinq; numero sunt, videlicet actio cuiuslibet elemẽti simplicis quæ essentialiter in eo est propinquior secundum naturã, et hoc est instrumentalitas. Secunda est virtus proportionis mixturæ siue mixtionis. Tertia est virtus quæ iuuat actionem mixticam dictorum elemẽtorũ, per quam mixtum constituitur ex dictis elementis. Et ista elementatiua siue elementalitas appellatur. Quarta est cœlestis virtus. Quinta verò est instrumentũ vegetabile. & per istas quinq; virtutes cõstituta

tuta & formata eſt actio in noſtra medicina. Et ſimiliter locus vaſis mineralis huius coadiutor. Natura tamẽ ſua medicinã non intrat adeo eſſentialiter, ſicut dictæ quinque virtutes faciũt. Fili quãdo hic dicimus cœleſtẽ virtutẽ, intellige cõmunis ignis virtutẽ, qui inſtrumentũ vegetabile habet mouere, quod quidẽ eſt infra materiã formatã et ſigillatã adeo, quòd p ignem bene extat cõmunem informatũ reſpectu naturæ, & ignis cõmunis eſt informatus, et rectus per practicum ſapientis reſpectum accipiẽdo à cœleſti virtute in tanto quòd bene eſt informatus ad proportionem vegetabilis inſtrumenti: In tanto eſt magis appropriatus virtuti cœleſti. Et ideo ſic vocamus illũ ignẽ cõmunẽ philoſophicũ, ſecũdũ quod eius actio nobis oſtendit in mageſterio noſtro.

CAPVT XXXIIII.

Quomodo habes conſiderare ſubiectum in quatuor conditionibus, & qualiter capiuntur in iſta arte.

SVbiecta in hac arte fili duplici modo capiuntur, ſcilicet pro inſtrumentis, ſicut nominauimus ea ſuperius, p quæ noſtrũ magiſterum adimpletur. Et ſubiecta alia inſtrumentalia non pertinent niſi ad res viuas, quas ars recipere nõ poteſt, propter raritatem ſuæ materiæ: ergo non poſſet viuaciter generare, ſi intellectus non ſupplea-at, & violentia quorundam experimentorum diuinorum ſuppletorum per ſcientiam ſtellatæ naturæ harmonicæ organiſantis inſtrumenta ſenſualitatis, quæ per artem experientiæ diſcreta & apta eſt per aliquos reuelata natura ſuperiore coadiuuante. Et in tantum quòd per verbum quædam moneamus ad certas virtutes infixas monſtratis influentiæ ſuperioris, ſicut faciunt lapides, verba, & herbæ, in quibus multæ virtutes influxæ ſunt, & natæ per quintam eſſentiam ſuperioris naturæ matris accidentium, ac naturæ inferioris per ſuos

motus

motus bonos, ac mixtiones ſubtiles, vnde virtutes in materijs ſimplicibus cauſantur ligatis & iunctis groſſis ſecundum ſenſualem intellectum ſuperioris naturæ, quæ poſtea facit mirabilia, ſicut nos omni intellectui bono dicemus in volumine rerum ſenſibilium. Adhuc debes ſubiecta per alium modū intelligere naturæ loco, in qua ſunt prænominata inſtrumenta, quæ ſunt eius materiæ tranſmutatio ſecundum ſpecialem differentiam ſuæ propriæ & naturalis cōcordantiæ, ac determinationis dictæ materiæ. Et ideo fili tibi dicimus quòd debes conſiderare modum iſtorum ſubiectorū tam materialiter quàm inſtrumentaliter in quatuor conditionibus, vt per illas intellectus maneat habituatus ad diſcernēdum dicta ſubiecta materialiter, & inſtrumētaliter per ſua elementa, ad ſimplandum groſſa materialia, & ad ſublimādum inſtrumentalia totum ſimul, cùm in-

ſtrumentalia ſemper ſint cum materialibus. Et ſecundū quod quodlibet ſubiectum tam materiale quàm inſtrumeneale conditionatum eſt per ſuam eſſentiam & naturam. Ideo quia ſubiectum materiale & inſtrumētale, quæ ſunt in leone viridi, habēt vnam conditionē inter ſe et aliā conditionē in F vino cōgelato. In leone viridi ſubiectū materiale dominatur ratione ſuæ groſſæ ſubſtantiæ, quæ ingroſſat inſtrumentale, quod nō eſt opus, quòd recedat ab hinc per ignem extraneū, quouſq; infixum ſit in ſubſtantia ſubtili p operatorē. Et in F vino congelato dominatur inſtrumentale ratione raritatis ſuæ materiæ per ſpeciale acquiſitū, quod recepit & retinuit ab aqua vel aere, in quibus ſunt eius animæ viuificatiuæ, quæ ipſum viuificant, & poſt tanquam res viuificatiua operatur & negotiatur, vt res viua. Et ex hoc tibi exemplum do in argento viuo ſublimato, quando viuificatum

eſt

est impressionē facit. Sed pòst per sublima-
tionem amittit, nisi postea reuertatur per
reiteratā sublimationē, quæ portat ei vitā
per operationem scitam, & notam operato
ri bene intento. Ideo fili prima conditio quā
habere debes in scientia, habituata est quòd
à quolibet subiecto suam trahas pprietatē
virtuosam, sub conseruatione suæ essentiæ
in propria diffinitione, et vi: formatæ pra-
cticæ trahas de potentia ad actionem, vt
differat alteri subiecto. Secūda conditio est
quòd in practica conseruetur differentia
subiectorū tam materialium quàm instru-
mētaliū, sicut vegetatiua leonis viridis dif-
fert à vegetatiua sulfuris in virtute et sub
stantia, quæ est fumus aquæ gelatæ p gros-
sitiē corporalem fixā et perfectam. Tertia
conditio quòd concordantia, quæ est inter
vnum subiectum et aliud, nec materialiter
neque instrumētaliter destruatur, sicut est
cōcordātia quæ est inter terram, et aquā,

& aerem & ignem, vel inter corpus, & ſpiritum. Quia ſpiritus cum corpore concordat in corporalitate, & inſtrumentalitate per differentiam concordantiæ: & corpus cum ſpiritu in ſpiritualitate ſimiliter per differentiam concordantiæ per concordiam vnitatis quã noſtra diſſolutio fert de ipſis duobus. Quarta cõditio, quòd in nobiliori ſubiecto ſunt attributa, et data nobiliora elementa participãtia in eſſentia nobilioribus principijs ſicut lapidi, quãdo creatus eſt. Quia nobilior eſt in virtute, & ſubſtantia, quàm materia mineralis à qua exiuit, & aer eſt nobilior aqua, & aqua quàm terra, & ignis quàm aer, & mixtum quàm ſimplex. Et per tales conditiones ſtatim habituari poteſt intellectus philoſophi, qui vult practicare in operibus naturæ ſecreto perfectiuo, mediante contento & cõpendioſo tractatu qui vocatur, Vade mecum de numero philoſophorũ.

CA-

CAPVT XXXV.

De temperamẽto lapidis, & qualiter eſt in quatuor elementis cum diſtemperamento.

LApis noſter fili viget in quatuor elemẽtis, & in omnibus ſuis elemẽtis totus eſt in quolibet illorũ poſt ipſorũ ſeparationem, quæ vocatur mixtio rerum mixtarum. Nam totus eſt in terra, ſed mortuus eſt ſicut arena vel ſabulum, & iacet ſine vita per magnam ſiccitatem. Et adhuc plus tibi dicimus quòd eſt totus in ſua aqua. Sed quia ibidem mortificatus iacet frigiditate nimia ſine vita. Et adhuc tibi dicimus quòd totus eſt in ſuo aere, ſed quia ibi ſubmerſus eſt in magno mari, & ſuus naturalis calor ſuffocatus eſt humiditate excellente. Item dicimus quòd totus eſt in igne, ſed quia in viſu caloris nimij remanet crematus in ſe & cõbuſtus abſque condimẽto totius actionis vitæ, propter quod tibi ſit reuelatum, quòd in nulla extremitatũ de

qualitatibus excellentibus existente complexio est temperata, per quam omnes vitæ resultant actiones, nisi sit in mixtis. Si ergo qualitates excellentes simul omnes debitè copulantur in vno mixto scilicet quòd lapis calidus, lapis frigidus, lapis siccus, & lapis humidus æqualiter simul se tẽperent, complexio erit peculiosa, quæ portat nascẽ tiam veri temperamenti per qualitatum primarum excellẽtium, quæ sunt in elemẽtis, actionẽ mutuã. Et ideo tibi sit manifestum quòd nulla complexio vel qualitas cõplexionalis est excellens, nisi sit in elementis, quando mixta rumpuntur in actione addita per mutationem, quousque perueniant ad illud medium in quo perfecti mixti species potest constitui. Ideo fili sicut appareret quòd actio vitæ sine medio esse non potest, adde terræ aquam, sicut natura requirit in minimis partibus, quousque resultet noster lapis, qui non est in vno nec in alio,

alio, & erit dictus monſtrum quod eſt de natura incompletum, quando aqua erit in vapore terræ ſuæ congelata, et tũc erit medium naturæ aeris appropinquatum. Attamen tenet adhuc multum de natura ſicca primæ extremitatis, ſed poſſet contemperari per aerem, ſed grauiter fit propter habere ingreſſum, quia adhuc non participat tantum ab eo, quãtum à terra. Reuertere igitur vicibus diuerſis aquam ſupra terram albam, vt cum ea fixetur, & ſit magis appropinquatum medium aeri quàm terræ, & quòd frigidum comprimat humidum in profundo, tunc erit medium proportionatum in ſiccitate cum tolerãtia et patientia naturæ aeris virtute frigidi aquatici. Adde igitur aerẽ humidum cũ ſicco proportionabiliter per aquã temperato, vt vnius extremitatis virtus ſit ſuper aliam exaltata, & quòd vna temperet aliam, & quòd ſiccum per humi-

dum

dum, et humidum per ſiccum totum ſit ſpe cificatum per ſuarum continuationem par tium, vt impreſsio, quãdo facies tuam pro iectionem, ſtatim humidum acquirat cum ſicco proportionabiliter per aquam tẽpera to. Ita quòd nulla fit impreſsio niſi per humidum ligatum in ventre ſicci, & ſiccum in ventre humidi, & ligamentum fit per paſsionem vnius, & alterius per decoctionem ignis temperati. Et poſt tale ligamentum, quando humidũ ſentit frigidum, tũc abſcondit ſe, & intrat in ventre ſicci, ſed quãdo ſiccum calorem excellentẽ inuenit, ab illo ſe defendit in vẽtre humidi, et humidũ per ſiccũ retinetur, vt omnẽ ignem pati poſsit. Et per humidum data eſt impreſsio infra ſiccum quod eſt aqua, & vita mortuorum. Fili ſi tale ſiccum per ſe in corpus nouum reuertatur, & ſemel impreſsionem reperit virtute vnionis humidi cum ſicco, tali modo quod contra bellum ignis ſiccum

in

in defensione sua se sustinuerit per humidū de partium suarum separationibus. Et similiter quod p humidū siccum defendatur à sua fuga, et exalabilitate grauiter et tardè corpus tale perdi poterit, aut adhuc recedere, quando iam facta fuerit impressio. Ideo fili stude quando vapor sicci erit in fumum exhalatus constrictus, et expressus per humidum frigidū, & constrictiuum in nouo corpore splendente atque refulgente sicut cristallum, qui illud inspissat per humidū, calidum, aereum, laxatiuū, per partes sicci constricti continuantur laminis cristallinis albis, fluentibus, intrantes, ingredientes, tingentes, & penetrantes sine vlla vaporabilitate, sed solidando quod est humidi radicalis propria virtus. Et argenviuum est vita omnium corporum liquabilium, & fundentium, ac etiam omnium aliorū non liquabilium. Et sic est ignis philosophorum in fine petito terminatus per

sua

ſua propria media portata ad perfectiuum finem per entitatem, quæ de eo deriuatur. Vnde vera principia ſuum finem aſpiciũt, & fines in ipſis per ſua reinfluunt media, ſicut iam viſum eſt in ꝓiectione, quæ à metallo venit, et in metallo terminata per cõ ſeruationem naturalium mediorum, in quibus ſunt finium & principiorum extremitates. Ideo tibi dicimus, quòd lapis non eſt factus quouſq; quatuor vicibus optimè fuerit diſſolutus, & poſtea congelatus. Quia tunc infirmitas extremorũ proiecta ad extremũ temperatũ reuertitur gradualiter ꝓ nobilẽ naturã ſuæ mediocritatis. Nã ſicut dictũ eſt, nunquam iret natura ad ſuã perfectionẽ, niſi trãſierit ꝓ ſua media ꝓpria: quia tunc ſe diſtemperant, et confrangunt qualitates primæ omniũ elementorũ, et veniunt gradualiter ad proprium temperamentum indiuidualium, quæ ſunt pura natura, & materia ſupremorum metallorũ.

CA-

CAPVT XXXVI.

Qualiter debes intelligere ſublimationem Mercurij, & quanta & qualis eſt differentia inter ſublimationem vulgarem, & ſublimationem philoſophorum. Et de falſis reprobatis Iudæis incredulis & Sarracenis.

SVblimatio Mercurij, fili, quãta & qualis eſt differentia quã nos intelligimus, ac omnes philoſophi eſt eius decoctio, quouſq; vna ipſius pars vertatur in ſulfur, & alia pars in argentum viuum, quod dat omni corpori vitam per proprietatẽ ignis contra naturam adhærentis argento viuo, & ipſum depurãtis à ſuis vnctuoſitatibus. Fili ſi vis noſtram ſublimationem intelligere duo principaliter debes conſiderare, ſcilicet materiam groſſam ſimplare & digerere et ſublimare calorẽ, qui eſt inſtrumẽtũ naturæ ſine pprij ſui ſubiecti ſeparatiõe à proprio ſubiecto. Simiplare et digerere materiam

riã fit p decoctiones diuersas, quas accipit ab igne cõtra naturam excitato per ignem communem, tali modo, quòd calor naturæ qui omnes res format, non suffocetur aut separetur à dicta materia, sed potius opus est, immo necessarium, quòd facias sublimari, ascendere et exaltari, ac augmentari illum, simplando, & digerendo materiã illam per longas & lentas decoctiones, quas materia & natura sua capiant, vt iam diximus de igne contra naturam. Et ideo assimilare debes omni sapienti physico, qui habet naturam conseruare. Filiquãdo sapiens physicus naturam duram, et cõpactam videt, vt in tortellis costarum, & in alijs duritijs apparet, opus est ei quòd medicinis digestiuis vtatur, diuisiuis, & incisiuis, vt materia dura mollificetur, & præparetur ad leuem eductionem absque lesione naturæ. Secundo necesse est quòd illam consumat, & vtatur medicinis bene laxa-

laxatiuis, vt materia digesta extra proijciatur, & conuenienter euacuetur. Tertio eidē necesse est aliquibus vti confortatiuis ad confortandū naturā, quæ violentia medicinæ fessa fuit et debilitata in euacuatione. Quarto quòd aliquibus resumptiuis vtatur opus est cōfortationis et restauratiōis, vt illud quod natura perdidit in sua euacuatione restauretur. Similiter operator in nostro magisterio debet in suis operationibus facere. Quia per primā operatio habet intēdere I & K, et per secundā L M N O P Q R. Et per tertiā intelligere debet reductionē M in L et in O. Et per quartā reductionem de N in illo quòd exiuit ab L M et O. Quando voles habere N ad P per M de L &c. debes tāta euacuatione vti, et per lentam longitudinē cum patientia, quousq; L per M sit dispoliatum et denudatum de N. Et quòd proprietas naturalis vegetabilitatis nō recedat ab L nimis forti euacuatio-

ne. Ideo quòd euacuatio nimis ſubita & repentina, & etiam nimia repletio vel calefactio aut infrigidatio magnæ ſunt penitus nociuæ, deceptibiles, ac inimicæ naturæ. Fili L non euacuatur de N, niſi quia affert, appetit, et deſiderat trahere M, et M deſiderat eſſe cum L, et in naturã ſuam conuerti, Sed quia L impedita eſt per N de retinendo M, denudat M de N L, quæ impediebat amorem L de M. Et ideo potes in teipſo intelligere quòd tria ſunt principaliter neceſſaria in ſublimatione noſtra. Prima eſt diſſolutio. Secunda conſtrictio. Tertia reſtauratio: Diſſolutio ad euacuandum res plenas: conſtrictio ad indurandum res diſſolutas: & reſtauratio ad replendum, &c. Reſtauratio tamen fili habet fieri paulatiuè per diætam congruam, & temperatam, quia natura in ſuis vaſis vacuis, & euacuatis ſolet multùm minorari, & appetitum habere. Et

ideo

Et ideo magis reciperet quàm conuertere posset & digerere, nisi per discretum operatorem teneretur & regimen diætæ. Ideo tibi diximus in Theorica nostra si nos intelligere voluisti, quòd natura citius conuertit modicum aut paruum paulatiuè diuisum in partes, quàm grossum diuisum simul. Et sic noster Mercurius sublimatur, & fixatur per digestionem, & conuersionem, quas ignis naturæ facit in suis partibus diuisis per quatuor elementa. Quando igitur fili nostrum Mercurium vis sublimare, primò quatuor elementa separabis, tali modo, quòd instrumentum, in quo est sua proprietas, non possit ignem extrinsecum sentire, nisi illum tantum qui sibi contra naturam est ad corrumpendum sua elementa. postea ei adde sua elementa paulatiuè, vt visus noster suas plumas resumat, quas perdidit, vt volare possit. Et in igne suo coquatur spatio tem-

poris, quod requirit in ſuo lacte nutriendo, ſicut puer inter mamillas ſuæ matris, poſtea fac ipſum ad caput volare quouſque de aere potauerit, quia multū indiget, & ſic recuperauerit potentiam omne corpus penetrandi & mutandi illud in H vel F. Sublimatio fili vnum nomē eſt omnibus operationibus generale particulariter & generaliter. Ideo quia ſecundum opera quādoque ſublimatio capitur pro omnibus operationibus requiſitis, & factis in magni operis perfectione. Et aliquādo capitur ſublimatio pro vnaquaque dictarum operationum, ſiue ſint p humidum ſicut diſſolutio, vel per ſiccum velut induratio. Et in quāto dicta operatio facta fuerit intentione perfectionis ſuæ naturæ, in tanto pertinere poteſt ad regimen dictæ operationis. Vnde falſi multi Iudæi, & Sarraceni cæcati fuerunt, & ſunt decepti, prout apparet in ſuis notis & litteris damnabilibus, ſcilicet in epiſto-

epistola: Messecoelis Iudæi, et Abrahæ Arabis, et aliorum Iudæorum, qui nostram sublimationem intelligunt in sicco fieri per extraneum ignem, & alij in igne humido vel extraneo cibo. & alij sicut Rasis Nimalder et Erabel, qui reprobant sublimationẽ fieri per ignẽ cõtra naturã, de quo dicimus, quòd generatio non potest fieri absque corruptione. Et quamuis per ignem naturalẽ intelligere possent, non potest tamen excitari absque igne contra naturam quòd aliquid facere posset. Quare visum est quòd tales philosophi scientiam ignoranter tradidertũt vel palliauertũt per tenebrositates, sicut fecertũt magister Veru Arabs, Halid, Ezeoli, Geber Arabs, & alij plures, qui in confusione magna dixerunt, & notificauerunt sublimationem nostram sub extraneis operationibus, quod nullo tempore fuit philosophiæ consuetudo. Et adhuc sub hoc velamine perficere voluerunt, & integra

re, & in aliquo modo non ſunt de perfectione locuti per modum traditionis, niſi tantummodo in forma tenebrarum, & obſcurorum verborum. Quare patet quòd ſi tales ignoranter dederunt, ſeu ſub pallio falſitatis, cùm non dent operationes certas, ſine quibus non poteſt integrari opus nec perfici. Quare patet quòd falſa malitia in eorum corporibus operabatur, quando dabant illi quod non habebant neque ſcieb ãt, ſicut apparet per ipſorum operationes extraneas, per quas opus fieri non poteſt. Itẽ cùm prædicti per manifeſtam ignorantiã operarentur, in tantum quòd rem magis perfectiuam nominare neſciebant, nec cuius numeri eſſet, vnde tibi dicimus quòd eſt humiditas tertia ceratiua, quæ ſuper alias eſt ſtabilis, & remanens contra ignem exuberata & multiplicata per tales quas diximus tibi ſublimationes, & non in alijs quæ ſunt omnis generationis diſtractiuæ:

& in hac exercitari ſocietas bonorum, & fidelium filiorum & Chriſtianorum nos comprehendere debet, ne gloria bonorum relinquatur, & malis attribuatur. Quia non eſt credibile quòd talis populus à veritate diſcedens, & maximè prout facit ille falſus proditor Meſſecoel Arabs deceptor Iudæorum & falſus ſeductor & tenebroſus Sarracenorum, & paganorum, poſſit intelligere & intrare ad plenum in opere omnium naturalium rerum cognoſcibilium. Quoniam videre non poteſt, nec in aliquo intelligere clarificationem, quæ ſaluationem portat poſitam in ſuis proprijs libris, tam de aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui factus eſt, & obumbratione ſua, de virginitate beatiſſimæ & glorioſiſſimæ virginis Mariæ matris Dei, & ſaluatricis noſtræ, quã de beatiſſimá, et fideliſſima Trinitate ac ſanctiſſimo ſacramento, ac baptiſmate,

quæ quidem ipſi Meſſecoel, et Iudæi, et Sarraceni negant, & improbãt contra literas, primo vbi literæ ſuæ dicunt Abintran baqueneu cadic verion naalim. Iſtæ literæ ipſis dicunt, quòd Ieſus Chriſtus erat miſſus, & tanquam iuſtus venditus fuit denarijs. Et poſtea nominauerint cũ Meſquin parui precij. Quia datus, et vẽditus fuit p precio quo tunc vendebatur par vnũ ſolearum. Itẽ adhuc non poſſunt ignorare natiuitatẽ Ieſu Chriſti per eorum literas proprias, neq; beatiſſimæ virginis Mariæ virginitatẽ, vbi eis dicit Eſaias ꝓpheta, Bechoreme tahil yala la bechoreme yane enel lach behiblita zachat, hoc eſt, dicere antequã, & poſt virgo doleret, et quod pro puerperio nõ doluit, et antequãaliqua dolẽtia ſeu dolor ei aduenerit, iam erat natus puer maſculus. Itẽ iterũ ignorare nõ poſſunt trinitatem ſanctiſſimã eſſe perfectam ſine aliqua confuſione etiã per proprias eorũ literas, in principio quin-

que

que librorum Moysi scriptas, et specialiter primi libri, vbi dicitur in principio berisith bara Eloim, hoc est, primo creauit Deus, postea fecit hoc quod est. Quæ est causa vel res quare Deus qui per verbum Mosi loquebatur ponit se in tertio numero, quando dicit Eloim, quòd significat Deus, & non in primo vel secundo, hoc est, quia sibi ostendebat sanctam trinitatem cùm hoc sit verum & clarè appareat, quòd falsi Iudæi renegati si approbẽt, prout nobis alio in loco est reuelatum pro suarum propriarum litterarum intellectu, & pro tanto quando ter dicũt nec plus nec minus, Cados Cados Cados Adonai Sabaoth, hoc est, dicere, Sãctificatus sit pater, Sanctificetur filius, Sanctificetur spiritus sanctus. Vnde dicimus Sanctus, Sanctus Sanctus. Et in hoc quando dicimus, Dominus Deus Israel, addiderunt dominus Deus Sabaoth, quod dicere vult & significare Deum orationum sanctarũ

Dominum, quare patet, quod quando dicunt Deus, ſignificant vnitatem abſq; confuſione ſanctæ trinitatis, ſicut nos, quamuis recognoſcere nõ velint, vnde reciderũt in peccato magno, & adeo magno, quòd nunquã erit eis indultum, nec vnquam abſoluentur, ſicut per eorum ſcripturas patet vbi dictum eſt, Alpheloſſaph Iſrael paal armallo affineno, hoc eſt dicere, tria peccata commiſit populus Iſrael, & quartum non indulſi, neq; indulgebo. Adhuc plus ipſorũ literæ nobis reuelarunt in alio loco, vbi dicitur per os Iſaiæ prophetæ dicẽtis ipſiſmet Iudæis, quòd remanent condemnati omnes compulſi & confuſi fugati inter omnes gentes alias in perpetuum. Et iterum: omnes gentes aliæ cum eis quæ ipſis præſtant auxilium aut cõſolationem, fauorem, ſocietatem, adiutorium, manſionem, erũt poſiti in ipſorum approbatam condemnationem per ipſorum verba ſcripta, quæ ſic dicunt,

leberpa vſmaſack geliſinna. Et omne illud pro peccatis eorum. Item nec poſſunt ignorare niſi per obſcuritatem tenebroſam glorioſiſſimum ſacrameutum ſub ſpecie panis factum per ipſorũ proprias ſcripturas, quæ dicunt, quòd panis duorum vultuuum, & duarum facierum debet adorari, & conſecrari, & debet poni in loco ſacro et digno, & ideo corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti receptio debet eſſe reuelata ſub ſpecie panis in dignitate magna, vt reuertantur ad fidem, nec amplius fiat culpa ſuorum peccatorum: vnde habemus ſcriptum: qui me indignè receperit. Et ille dignus locus eſt eorum templum vel omnis bona perſona, in qua ſanctè cuſtoditũ eſt pro ſaluatione bonorũ et fideliũ Chriſtianorũ, et hoc declaratũ eſt in duabus rebus in eorũ libris ſcriptis vbi dicũt: lehẽ apaimu. Itẽ alio modo nõ poſſunt ignorare ſanctũ baptiſma niſi fuerit p fuſcã & cæcã obſcuritatẽ tenebroſitatis, quod

quod quidem baptiſma eſt vnum de principalioribus medijs ſaluationis, ſicut habent in ſcriptis per Apoſtolum, per beatiſſimam Magdalenā de duodecim libris Credētiæ, vbi dicitur in eorum Hebraica lingua Ramichaya hilo haemi ſerē mayim haanae nathā thetom colorom ya dehumata, hoc eſt dicere, gyrate, et verte, et vos bene ordinate, quia ſi verba, & ſecreta aquarum bene dictarum tranſeant ſuper vos, & ponet extra abyſſos, & leuabitis dextram manum ſuper vos omnes, & facietis ſignum in ſanctificatione. Et adhuc ad melius probandū per eorum ſcripturas vbi ſcriptum eſt, & dictū per os Eſaiæ prophetæ: וּשְׁאַבְתֶּם מַיִם בְּשָׂשׂוֹן מִמַּעַיְנֵי הַיְשׁוּעָה: *hoc eſt dicere, Vos alij balneamini in conſecratis aquis in magna lætitia fontis ſaluationis rectæ. Quare ſciri poteſt ſi vterentur ſecundum quod literæ ſuæ demonſtrant, et docent abſque alia gloſa ſaluarentur. Sed*

non

non. & quòd illa quam faciunt die qualibet oratio contra omnes Christianos quam clamãt (de vos asciua) sit contra ipsos, quia non sunt nisi abusiones magnæ quas ipsi faciunt per iram condemnatam in eorum Mosaica lingua contra nos omnes Christianos. Et quia de his largè omnibus fuimus locuti, & de omnibus suis deliquentijs, & malis defectibus, & de omnibus suis euidẽtibus erroribus in libro Reformationis Hebraicæ, ibi fili mi reperies, per quæ totũ ipsorũ secretũ condemnatũ reuelatũ est de illis, p quod manifestè patet quòd lux claritatis ipsis defecerit propter ipsorum proprios defectus: tales Iudæi et pagani nõ possunt ad plenũ intrare opus, & res naturæ, quia nimis sunt in scripturis. Et quia in nostris scripturis totum non est positum ad sonũ literæ, quare oportet ad rationẽ sensualem supplere de eo quod non iacet nisi per lumen, & lucem, & claritatem spiritus diuini.

uini. Ergo non est dictum neque clarificatũ paganitati, neq; Iudæo, cùm deficiãt omnino à lumine dãte claritatem populo Israel, à Christianitate donũ electum est plenæ veritatis populo Christianitatis. Tene ergo aquas, quæ tibi dant sine tenebrositate scientiã, dum eas capere velis, sicut debes de gradu in gradum, nam donũ dei erit. Et hic tibi est integratum, et completũ nostrum testamentum præsens. Et vbicunque hospitatus remotè fueris, per eũ directus eris.

CAPVT XXXVII.

De diuersitate ignis contra naturam secundum proprietatem materiarum diuersarum in forma practica. Et quomodo debes illam considerare.

DIcimus tibi fili, quòd operari de corpore potes tantummodo, vel de argento viuo per se aut de vtroque simul, sed certis & diuersis intentionibus, quas in practica tua debes habere secundum quod opera-

operaberis aut de corpore vel de ſpiritu aut de ambobus ſimul. Quia ſi intentionem habeas operandi lapidē noſtrum de corpore tantum potes illud facere, et hoc per intentionem rētrogradādi decoctionem, quam metalli natura ſuſcepit, deducendo & reducendo in crudum menſtruatum naturæ Et ſi habes intentionem vtendi tantum de Mercurio aut argento viuo, de illo ſimiliter facere potes lapidem tali intentione, quòd nimis crudum vertatur in coctum naturæ menſuratum. hæc conſideratio diuerſitatū fili facta eſt propter crudi & cocti diuerſitatem, poſtea poſito quòd quodlibet habeat per quatuor operatiua media tranſire, de quibus quartum eſt, cuiuſlibet finis, tamen per illud in philoſophicum lapidem cōuertantur. Et ſic ſeptem erunt operatiua media, ſcilicet B C D E F G H, per B ſignificatur liquefactionis operatio,

per

per C ſolutio & elementatio, per D elemẽ-
tatio & congelatio, per E noſtra ſublima-
tio, per F elementatio et cõgelatio, p G ſolu
tio et elemẽtatio, per H liquefactio, p B C
D E ſunt opera Mercurij intellecta vel ar.
vi.. Et iſta ſunt facta per ſucceſſiones deco-
ctionum. Per E F G H operationes intel
liguntur corporũ, & facta ſunt per retro
gradationes, et reincrudationes literas cor
porum per retrogradationem nominando,
ſicut H G F E. Et quilibet ipſorum finit
in E. Sed quando corpus de H in G verſum
eſt, pro tanto Mercurius non habet poſſe
graduale vertẽdi ſe tam cito de B in C, nec
de C in D. Quia citius corpus verſum eſt in
hoc quod fuit, quã faciat Mercurius in hoc
quod nunquam fuit, ſecundum inſtinctum
vel ſtatum ſuæ naturæ, & citius deturba-
tur vel immũdatur res munda, quam laue
tur aut mundetur res immunda, & vbi
omnis res tardius fit citius dilaniatur ra-

tione

tione partium non purarum, quæ tendunt ad corruptionem, & purarumque, reformationē quærunt. Et ideo quādo de Mercurio tu operaberis, satis materiam semper habebis ad suarum decoctionum initia & principia, & hoc ratione suæ grauitatis & ponderositatis & cruditatis & grossitiei. Et quia in naturam elementorum mediorum perfectorum verti non potest, duplicibus decoctionibus indiget ad alienandum aut alleuiandum suum pondus grauitatemque, ad coquendum suam cruditatem, & subtiliandum suam grossitiem, quousque ad perfectionem de E peruenerit per successiuam decoctionem, in quā F potuit verti per reuersionē reincrudationis, tunc intellige fili, quòd postquam D transierit in E, tam cito transibit in F, & de F in G, & de G in H, & de H in I, et de I in K, & de K in L. Istæ literæ fili sunt de magna scala, & tunc est intelligē-

dum, quòd quando E vult graduari in F, & de F in G & c. tunc accipies F G H alia significatiua, quia per F liquefactiones fermentorum intelliges, & per G solutiones fermentorum, & per H elementationem medicinalem & congelationem, per I multiplicationem in quantitate, & per L metallum perfectum intelliges transmutatum virtute medicinæ: Et omne illud intelligere debes de operatione facta & perfecta de Mercurio vel argento viuo. sed quamuis fili dixerimus quòd Mercurius indiget propter suã crũditatem duplicibus decoctionibus iteratis, hoc diximus pro re commensurata & mensurata altæ naturæ quæ maiorem respicit perfectionẽ coequipollentiæ virtutis sulfuris, in quo omne corpus perfectũ transuersum est aut transuerti potest. Quare duplicibus indiget litteris. Sed si tali rei mensuratæ vel commensuratæ non intẽdis facere potes opus abbreuiare transeunda

eundo ſucceſsiuè de B in C, & de C in D & de D in E, ſicut tibi diximus. Sed non erit ita magni effectus ſicut cõmenſuratũ cum alta natura: quia ſuæ decoctiones integratæ non fuerunt ei neq; pfectæ. De quanto igitur materia ſit ſecundum exigentiam extra debitũ naturæ, tantũ ſubtrahitur de ea virtus et fortitudo. Nam virtus & fortitùdo non veniunt in E, niſi ſecundum nobilitatẽ materiæ. Et nobilitas materiarum exit & naſcitur ex ſubtilatione & rarefactione, & omne illud venire nõ poteſt niſi per paſsibilitatẽ materiæ, et paſsibilitas ei aduenit per actionem ignis qui eſt altũ elemẽtũ, quod ardet totũ ac depurat, et omnia ad ſimplicitatẽ deportat. de quãto ergo Mercurius tuus ſimplicitatẽ reſpõdebit, de tãto operabitur et nõ plus, et de quãto magis depurabitur, de tanto operabitur purius humiditate cla. Quare tibi ſit declaratum quòd de no ſolo Mercurio vel de vno ſolo argento potes opus tuũ

facere perfectum & imperfectum. Si sit perfectum, erit factum causa & ratione decoctionum et digestionum longarum ac duplarum. Sed impfectū fiet per leuitatem suarū decoctionum ac eorum breuitatem et non ad plenum integrarum neque bene pfectarum, quod quidē patitur ratione suæ propinquitatis, debilitatis ac facilitatis, quam habet volatilitate. Sic fili ab eo trahimus opus proqinquius & leuius, sed non perfectius nisi per adiutorium suarum integrarum decoctionum, aut per materiæ suæ in corpore perfecto mixtionem, sicut postea tibi dicemus, cùm fuerimns locuti de operationibus corporum.

CAPVT XXXVIII.

De reincrudatione corporis perfecti. Et de sua diuersitate & accidente & ponderibus.

Per supradicta fili potes bene & naturaliter intellexisse, quomodo cocti reincrudatio

rudatio obuiat lineáliter & bonæ decoctioni crudi ſecundum curſum naturæ, quouſque ſeparatim ambo verſa ſunt in virtutem vnius, quod appellamus lapidem philoſophicum & medium. Nam ſicut clauus duas iungit petias, & facit eas tenere ſimul: ſic natura ſimul iungit illa duo in vnum corpus virtuoſum, & multum aſpicit quod vnum vult coqui, & aliud incrudari ad conſequendum & attingendum effectum & officium per ſubtilem artificem, ſicut magiſter quærit voluntate de A, quãdo naturã attingit et conſequitur. Et ideo fili tibi dicimus quòd ſicut vnum demonſtrat in ſuis decoctionibus diuerſas paſſiones: ſic aliud in ſuis reincrudationibus oſtendit viſibiliter diuerſas poteſtates, ſicut Mercurius, qui eſt groſſus & terreſtris per ſuã cruditatem, prout eius materia demonſtrat viuacite in ſuis decoctionibus primis. Similiter per contrariũ

corpus perfectum ostendit suas actiones & contraria accidentia per nobilẽ et magnam decoctionem sicut materia demonstrat in sua retrogradata incrudatiõe. Et sicut crudum monstrat multitudinẽ materiæ, sic coctum per sensum contrarium ministrat paucitatem. Et propterea per suam bonam elementationem, digestionem & sublimationem, elementa cocta & fixa liquescunt & fugiunt per crudum, quod ea incrudauit per volatilitatem, si non habuerint retinaculũ derivatum à natura, hoc est de temperamẽto proprij menstrui cum informatione proprij Mercurij quem notare debes & intelligere cum sensualitate rationis, quẽ natura requirit. Et sicut Spiritus resplendore et claritare plenus est, sic corpus visum est tacitum, quietum, fuscum ac tenebrosum. Et postquam corpus est alleuiatũ penitus, tunc Spiritus est magna ponderositate plenus.

nus. Ergo quando voles optimè corpus diſſoluere, congela ſpiritũ cum eo id eſt Mercuriũ ponderoſitatem, quam portat in ſeipſo. Sed fac quod primò reuertatur in H, et de H in G per incrudationẽ, poſtea de G in F per retrogradationem, et poſt F vertitur in E. & de E in lapidem virtute reducti ſpiritus, qui non eſt argentũ viuum vulgare neq; vulgariter manu tentum. Sed eſt corpus propriè cognitum & de virtute ſuæ propriæ ſubſtantiæ euigilatum eſt abſq; extraneo grauamine. Quare velis intelligere quòd opus Mercurij eſt reſpicere & conſtringere ſe ad infima. Et opus corporis eſt exaltari & diſſolui & ad altum aſcendere. Ideo tibi ſit oſtenſum quòd ſi ambo ſimul ſint bene præparata opus mirabile ſine grauitate magis citius quàm ſi de vno ſolo fiat multo melius, quia ir

habet aliud, & vnum emendat & melio-
rat aliud. Et vnum adiutorio alterius e-
mendatur & melioratur. Ergo fili opus
tuum incipe de duobus simul, prout in ma-
iore lapide tibi diximus, & intellectu
quem tibi dicemus pòst in ramis, statim
postquam tibi dixerimus de duplici custo
dia actionum, quæ à corporibus & spiritu
causantur, quomodo etiam simul sunt.

CAPVT XXXIX.

De duplici custodia corporis & Mercurij. Et de ipsorum operationibus contrarijs

QVando fit opus corporis & Mercu-
rij simul, tunc in magisterio multa
antur accidentia contraria, per quæ
atur opus & emendatur & forti-
atur & incatenatur in tanto,
um duplici gardia, causa et
spiritus. Ideo quia si
ipsorum nat uris
pro

propter eorum qualitates: ſic contrariantur ſibi ſuis actionibus, paſſionibus & operationibus. Quia ſpiritus naturaliter aſpicit fixionem in vero magiſterio, et corpus fixum per contrarium quærit & tractat volare in forma aquæ claræ, & ſpiritus congelatus in forma terræ albæ manet brunæ & quietæ ſicut ſal, aut criſtallus, aut calx ſpiſſa. A qua terra opus eſt tibi quòd tu ſepares hanc animam precioſam, quæ tardius à corpore ſeparatur, & hoc eſt per aquam corporis. Ideo fili intellige quòd ſolutio ſpiritualis corporis nũ fit ſine corporali cõgelatione ſpiritus, ſicut declarauimus tibi per rotã philoſophiæ, vbi eſt huius artis compendium. Nec etiam ſpiritus congelatio fieret abſque corporis diſſolutione. Poſtea intellige ſimiliter de diſſolutione ſpiritus fixi & corporis volatilis congelationem per primum ſpiritum ante ipſius conſtrictionem, & non corpo-

ris fixi nigra veſte induti, quod eſt diſſolu tionum per conſtrictionem & coagu lationem ſuimet argenti viui, quod eſt principium ignis naturalis, & non ignis contra naturam. Hic iacent, fili, operationes contrariæ: quia ſicut ignis contra naturam reſoluit corpo ris fixi ſpiritum in aquam nubis, & corpus volatilis ſpiritus conſtringitur in terram congelatam: ſimiliter modo con trario ignis naturæ ſpiritum diſſolutum à corpore fixo congelat in terram: Et cor pus ſpiritus volatilis fixum per ignē con tra naturā reſoluitur in aquam, et non in aquam nubis, ſed in aquam philoſopho rum. Ideo quia fixum virtute ignis natu ræ verſum eſt volatile & corpus in ſpiri tum, et humidum ſiccum, & ponderoſum leue, ſicut per contrariam virtutem ignis contra naturam volatile vertitur fixum, & fixum volatile, & corpus in ſpiri tum,

tum, & ſpiritus in corpus & ſiccum humidum in forma aquæ nubis et ponderoſum conſtrictiuum. Ideo fili intellige quòd ignis cõtra naturam ſic vocatus eſt. quia propria natura ſua eſt contra omnes operationes naturales, cùm viſum ſit quod illud, quod ignis naturalis compoſitus componit ſemper, ignis contra naturam diſcomponit ſemper & tollit ad corruptionem: quia omne complexionatum corrumpit niſi naturæ ignis ſuccurrat et ſubueniat. Quare tibi dicimus, quòd talis ignis aut eius operatio nõ eſt de virtute et operatione magiſterij noſtri. Imo eſt corruptiuus ignis qui purè naturalis eſt. Ergo fili noſter ignis ſeu Sol omnino exaltatus eſt in ſigno Arietis, quando vides quòd materia tota confuſa eſt. et ideo tibi dicimus quòd magiſterium noſtrum tunc debet incipi quando ſol eſt in ariete, vbi exaltatus eſt in opere noſtro: quia tunc

dicere

dicere, ſcire & diſcernere potes quòd verus intellectus, quem tibi dat philolophus, quando dicit quòd primus ſublimationis gradus tantum habet aſsiduari & continuari ſupra lapidem, quouſq; ſcias quòd ſit bene exaltatus & ſublimatus. Et tibi dicimus quòd non eſt niſi ignis ductus de potentiâ in actionem, quem ne decipiaris intelligere debes,, quia ſine illo non fiunt opera, quæ tibi diximus. Vnde plura ſunt accidentia quæ cauſantur contrariè per talia opera, ſicut in proprietario ſatis leuiter eſt reuelatum. Quare fili vade eò: quia hic nō poſsumus ad plenum tangere. Fili cùm vnius diſſolutio nunquā ſit abſque congelatione alterius, non debes dubitare, vnde poteris habere terram, neque aquam ſimiliter, ad poſſe faciendi magiſterium igne appropriato. Igitur terra de ppria eſt argent. viui ſubſtantia conſtricti, congelati & imprægnati virtute corporis

poris & ignis ſolis, per quem argentum viuum manet philoſophicè ſublimatum, vt dictum eſt ſuprà: & aqua eſt de propria ſubſtantia metalli, in qua ſubſtantia humiditas aerea argenti viui eſt appropriata, quæ perfectionem reſpicit ſuæ terræ propriæ imprægnata naturali igne, in quo eſt virtus cœleſtis, quæ viuificat et illuminat terrã Mercurij, quæ antè mortua fuit. Et ideo appetit aquam inſtinctu recipiendi rem perditam. Sed cùm res ipſa, quæ eſt viuificatiua humiditas, ſit per corpus fermentata et exuberata, vt diximus, ideo multùm melior eſt & melius reputata, quàm eſſet ante multiplicationẽ coctæ humiditatis: & ſic elementa ſunt adiuta per artem, vt ipſa ſit adiuta per exuberationem, vt poſſint cum maiori inſtinctu ſe alios adiuuare. quia M & P adiuuant Q R & N contra L & O, propter corruptionem de Z. quod eſt cauſa

ſa ſolutionis de L & O. Et poſtea M in P adiuuant L & O ad recipiendum Q R & N poſt adiutorium ſuæ exuberationis propter coniunctionem de Y, quod eſt contra Z, ſicut declarauimus in tractatu compendioſo particulari & generali totius huius artis per abbreuiatam doctrinam, in qua oſtendimus & docuimus quomodo & qualiter elementa coadunatiua fiunt adunantia pro componendo & corrumpendo omne corpus, adiutorio de Y et Z, quæ ſunt corruptionis & generationis inſtumenta omnium corporum.

CAPVT XL.

De aliquibus ramis vel brachijs naturæ per viam practicæ, in quibus filius artis ſe poſſit exercere cum ſolatio. Et primò de corpore lunari ſolo cum adiutorio de A.

Si

Si vis ſcire fili tranſmutationem proprij corporis lunaris in practica clara, opus tibi eſt quòd de illo argento viuo ſeparesquod per ſuum terreſtre eſt terminatum: quia illud eſt quod argento dat albedinem, et non eſt niſi terminata humiditas in argenti ſpecie, ſui ſulfuris virtute. Ideo opus eſt, vt intendas ad reſoluendum humiditatē illam per operationem, quæ condenſationi contraria eſt, vt tales habeas humiditates in tua reductione, quas habebat natura in ſua condenſatione, quā hoc modo extrahes. Accipe corporis lunaris fini vnciam vnam, et prout tibi diximus liquefac in ſex partibus de E rectificati, attamen ſine reiteratione calcinationis. Poſtea pone ad fermentandum in calore fumi humidi per octo dies, et tunc inuenies in fundo vaſis ſubſtantiam corporis, nigram vt carbonem. fili hoc eſt ſulfur quod ſe habet

habet dealbare per condenſationem ſui humoris ad reſpectum naturæ, vt ſupra diximus, qui quidem humor erat prius condenſus ante ſuam liquefactionem in ſpecie & colore metalli per continuitatem partium dicti ſulfuris nigri: Sed poſtmodum ſeperatus eſt ab illo per liquefactionem: pone igitur materiam tuam in balneo, & ab illo humido luquefacto tua elementabis elementa per inſtrumenti elementatiui mixitionem. Sed primò elementabis aquam, & pòſt in elementata aqua elementabis partem, quam voles conſtituere in aerem, quouſque tibi tertium inſtrumentum appareat vegetatiuitatis, & tunc ſtatim reuertetur aqua elementata ſupra terram ſuam ſiccam, et ſupra ſuum ignem excitatũ, et coque prout tibi diximus, quouſque humidum reſpectu naturæ bene ſit terminatum non in metallo ſed in ſulfure albo. Quia non eſt

est transitus de vna extremitate ad aliã, nisi per suum mediũ. Fili dicti humidi conuersiuum est ignis terræ, sed mediũ conuertens argentum viuum in metallũ, est sulfur in forma subtilium puluerum, sicut tibi in ipsius multiplicatione diximus. Et sic tibi sit manifestum, quòd corruptio argenti viui terminati in specie metalli cursu naturæ per nostrum artificium, facta per mutationem illius in sua prima natura, est generatio sulfuris, & sine ipsa nunquam perficietur. Si ergo arg. viuum non fuerit corruptum, vel diuisum in quatuor elementa, generatio sulfuris non perficietur, & ideo tibi est opus, quòd sulfur sit de natura subtilissima & purissima, & argentum viuum, de quo creatur sulfur, sit de substantia subtilissima in aquæ claræ forma, & hoc esse non potest absq; suæ naturæ mutatione, nec sine suarum partium diuisione. Corrumpe igitur argen-

tum viuum, & de ſuis ſubtilibus partibus diuiſis & ſubtiliatis forma quẽ petis lapidem: quia ſic habet magiſterium procedere, ſcilicet arg. viuum corrumpendo, & ipſum à ſua ſpecie remouendo, & pòſt adiutorio virtutum ſuæ materiæ inducentis & portantis ipſum in aliam ſpeciem, ſcilicet ſulfuris: & ſic aſſimilaberis naturæ, & tibi formabit natura illud, quod petis per operationes certorum graduum ſucceſſiuorum, dum opera tua ſint illis ſimilia, quibus natura procedit, & procedere deſiderat, ſicut per dicti ſulfuris purgationem, & eius creationem, quæ in tali decoctione & ſublimatione factæ ſunt, ſicut tibi diximus, ſi nos philoſophicè intellexiſti, prout natura requirit, & per talem præparationem ſui argenti viui proprij, vt dictum eſt, per inſtrumentum elementatiuum, & per purgationem eius totius ſubſtantiæ diuiſæ per quatuor elementa,

menta, et per talē bonam permixtionem, ſicut tibi diximus, de iſtis duobus, & cum materia metalli fermentabilis. Tunc fili veraciter in iſta materia per virtutes ſulfuris et arg. viui omnis metalli ſpecies inducitur & mutatur: nec vnquā homo verum aurū, aut verū argentum faciet, niſi per hanc procedat viā, cùm nō ſit niſi vna ſola operatio naturæ, & per naturā limitata: & ideo ſciant omnes veritatis filij, quòd nō eſt opus, quòd ſpecies remaneant in materia, ſimili metallo, ſicut priùs, cùm opus ſit manifeſtè, ſicut ſuprà oſtenſum eſt, quòd ſuū arg. viuum vertatur in ſulfur, et poſtea reducatur, & reddatur ei ſpecies, quā perdidit in forma aquæ claræ, quā oleū vocamus, vnde formātur ſpecies nouæ per generationē, quæ ducit eas de potētia in actionē. Quare tibi ſit ad plenū reuelatū, quòd oēs illi qui per alba albificāt, per ſimiles citrinant ſpecies, ſine ſuorum

indiuidualiũ corruptione, veraciter tales ſunt deceptores, nec pro toto hoc poſſunt verum aurum facere, nec verum argentum, niſi per contrarias operationes habeant ſuum ſulfur album & rubeum: nam quanuis habeant artem trahendi viua argenta à corporibus adiutorio liquefactionum per ſublimationes, & quòd indiuidua omnia corrupta ſunt à ſuis ſpeciebus, iam propter tales corruptiones non poſſunt facere veram tinctũrã ad album aut ad rubeum, quouſque illud, quod corruptum eſt, ſit per nouam generationem renouatum, & quod in corpus ſubtile album ac reſplendens reuertatur: & tunc per tale renouatum album facta eſt vera tinctura ad album, & per ignem lapidis ad rubeum. Ideo, quia quando motus corruptionis fuit in dictis renouatis completus, nullo amodo tempore tincturæ de illo factæ ad corruptionẽ venire potuerunt,

quia

quia intùs & extrà ſunt depuratæ, & in magna luciditate terminatæ: ſed ſunt pauci, qui procedere ſciãt per iſtam viam, quia ignorant naturæ vias, & ideo aurũ & argentum illorum non poteſt patinec ſuſtinere ignem, ſed potiùs conſumuntur & reuertuntur in terram corruptam. Et hoc ideo, quoniam tales quando poſuerunt metallum in motu corruptionis, opus eſt quòd omnino corrumpatur, et quòd in feces reuertatur ſub totius perditione ſuæ ſpeciei, quia non integrauerunt totũ corpus à corruptione ſua, vel ſi habeant, non purgauerunt illud in ſuis depurationibus partium corruptarum: & quia partes illæ manent mixtæ in ſua impuritate, cremantur & ardent, & per totam ſuã ſpeciem recedunt: & hoc eſt cauſa & ratione ſulfurum combuſtibiliũ & ardentium, quia ſentiunt calorem ignis, in quantum partes non ſunt coniunctiuæ nobilis ſpecei

indiuidualibus. Ideo fili in ſumma clara tibi ſit recollectum, quod de nulla re alba, quam natura formauit, facias tincturam albam aut rubeam, quouſque partes earum corruptæ ſint, & per artem magiſterij renouatæ. Et de hoc tibi damus motiuum ad habendum opus breue, ſi cognoſcas lumen cum corporis fermento, quia de oleo & ſulfure fit compoſitum, quod omnia tingit metalla in auro vel argento, ſecundum quod eſt album vel rubeum, ſicut nobis ſcriptum, quod vidimus, recitat per opus cuiuſdam ſocij, quem reperimus eundo per mundum: qui quidem ſocius multa magna mirabilia nobis notificauit, ſed poſtea in ſua arte ei obuiatum, vt magis ſciamus, & ſenſualitate, quã nobis recognouerit, aut per artem intellexerit: vnde poſtea ipſum reformauimus in alijs rebus multis per reinfluentiæ ſenſum, & magnarum virtu-

tum

tum vſque ad hoc, quòd de experimentis fuerimus ſaturati, & quôd lapidem virtuoſum affinauimus, & per triennium ſimul fuimus in fidelitate magna, vnde Mediolani anno tertio completo ſcilicet Anno milleſimo trecenteſimo trigeſimo tertio fuit opus adimpletum, de quo noſtrum trium artem cognoſcentium quilibet partem ſuam accepit, & vaſa quarto remanſerunt, qui in ſuo igne manſit, prout antè regenerans: quare multi per mundum vadunt, ſcientes res multas bonas, placentes, ſi obuies eis, vide, ſi poteris ab eis aliquid vtilitatis percipere, & fac eis bonum vultum meliorem, quàm regi, dando eis de tuo ſecundum bonã rationem, & habeas ſuper ipſis quandam ſolicitationem, per quam poſſis aliquãm rem trahere cum paruã practica. Et hoc tibi pro noſtro teſtamẽto ſufficiat: cuilibet tamen dicimus, quôd caueat practicam

Eticam oſtendere: nam ſi in ſua oſtenſione deficiat, in ſuo delicto fatuè ſe recipiet. Sed tu, qui non habes, teneris verbo petere; ſi eam tibi dare velit, & ideo caueat quid faciat, quia ſi nimis ipſam publicet, mala morietur morte, quia à Deo donanda eſt, qui naturam creauit, & non ab altero. Ideo gratanter natura accipit omne illud, quod placet Deo: & ideo, ſi quodammodo Deus tibi conferat, dilige ipſam, & tene ſecretam, quòd mundus nihil inde ſciat, ſicut viuaciter ſcriptura te monet, quòd alteri non debet oſtendi opus, quod curſu naturæ poteſt fieri. Vult tantum eſſe ſecretũ, quòd niſi illud ſecretes, ipſum te confundet: Et ſi tibi nõ detur, propter hoc nõ malè tractes illum à quo petis eam, quia ſuum debitum facit, cùm aſpicit ſuæ defenſionis finem. Item, magis tibi dicimus quòd velis celare, & ſecretum tenere teſtamentũ noſtrum ab omnibus illis, à quibus

à quibus petes practicam, quia prohibitum est. Quia si illi vellent vltra suam ignorantiam deficere ad ostendendum, cauerent sibi per inhibitionem, quam scis, & tamẽ per dictum testamentum ad propositum nostrum reuertendo pro reformatione doceo te, quòd dissoluas humiditatẽ terminatam argenti per reiterationem liquefactionis, & in fundo vasis terra nigra cum aliquanto modico substantiæ arg. viui dicti remanebit cremata & cõbusta. Fili, terra hæc est venter sulfuris nostri, cuius dissolutio fit solenniter per resolutionem in suummet argentum viuum, de quo erat complexionatum, & idcirco aliqui philosophorum dicebant, quòd sulfur dissolui nõ potest, nisi per beneficium suimet argenti viui, scilicet quando per suum congelatur vaporem, tunc dissoluitur, & in naturam claram diaphanem transmutatur, sicut spiri-

tus. Quare patet quòd corpus reuerſum ſit in ſuam naturã primam purã, & ſuæmet generationi proximã, ſcilicet in ſuum ſulfur, & arg. viuum, quod eſt ſicut aqua clara: quando igitur tuũ corpus bene dealbaueris, ſublima illud, et quod ſuperius aſcenſum reperies ſupra feces ſuas ſpiſſas et albas, imbibe ſtatim cum oleo, et fixa, & proiice vnũ pondus ſupra 50 cupri, & tinget in finam et veram lunã ſine quacunq; corruptione. Hoc ſulfur fili, ſtatim fixum eſt, et ingrediens ꝓpter naturã dicti arg. quod eſt affinum & vicinum cupri dicti. & pulueres, quos in ſuperficie reperies ſublimatos in tuo ſublimatorio, ad partẽ cuſtodi, quia ſulfur illud eſt alterius potẽtiæ, ſicut ꝑ teipſum ſolũ poteris experiri.

CAPVT XLI.

De opere plumbi.

FIli, plumbum in ſua natura continet magnam partẽ de H cum pinguedine combu-

combuſtibili, & vitiũ, quod eſt in ſua ſubſtantia: propter hoc eſt, quòd ſuũ terreſtre non bene mixtum fuit per aquam ſiccam ſecundam, ratione ſuæ ſubſtantiæ groſſæ, nec fuit bene depuratũ: & ideo tibi opus eſt, quòd illud plumbum diuidas, & ſepares à dictis ſuis ſubſtantijs, & quòd quælibet earum ſit bene depurata trahendo & ponendo extra limoſitatem pinguem in elementatione, quæ fit per condenſationem, & rarefactionem in humida materia. Fili, quando aquam vel aerem voles cõdenſare, pones ignem in terra, qui cauſat terræ entitatis vacuitatẽ, & quando aerem voles condenſare, trahe illum extra, & rarifica aquam per lenificationem, quouſque videbis corpus tuum alleuiatũ. Poſtea coque in aqua corpus, & poſtea ſublima. & quando fuerit ſublimatum, dicitur corpus, & ſal mirabile exaltatum, quod proprium vocamus

ſal &

ſal & ſulfur naturæ. Hoc ſal naturæ cum oleo lunæ ſimplici incera, quouſq; ſit fixũ & fundens, & de illo proijce vnum pondus ſupra 50 plumbi, & ipſum in purum argentum conuertet, & ſi vis congelare & perfectè argentum viuum mutare in argentum fixum, mortifica ipſum per ſuimet corporis vaporem: poſtea fac proiectionẽ ſupra illud, ſcilicet vnũ pondus ſupra 50 dicti ſolis, & fixat illud in argentum verum per ſuum naturalem calorem.

CAPVT XLII.

De opere ſtanni.

SImili modo facias de ſtanno, ſicut de plumbo feciſti, quòd tantum nõ debet præparari, niſi velis: ſed quando eris in reductione, tamen cõiunges ipſum paulatiuè in decoctionibus gradualibus, quia tenet paruam virtutem ſulfuream, niſi in ſua aeris ſubſtantia. Ergo dictã ſuam virtutem

tutem ſulfuream per decoctiones, per attenuationem & ſubtiliationem ſuæ ſubſtantiæ, tibi ſcire facimus, quod magna tinctura eſt ad albū. Sublima ergo illud, quantum voles poſt ipſius nutrimentum, quouſque ſal inde habeas naturæ, & per aerem lunæ incera quouſq; fluat, & proiice vnum pondus ſupra 100 pondera ſtanni, & in verum argentum tranſmutabitur, & ſi facias proiectionem illius ſupra argentum viuum congelatum, fixabit illud in argentum viuum in retentione perfecta.

CAPVT XLIII.

De congelatione argenti viui ad recipiendum medicinam in forma metalli.

RECipe terram plumbi p omnia quatuor ſua elementa, & ſuſpende tantum de argento viuo, prout ſenſus tuus tibi demonſtrabit ad proportionem potentiæ

tiæ terræ ſupra illã tali modo, quòd poſſit ſulfuris vaporẽ recipere, et accende inferius ignẽ, & recipies congelatũ infra ſex horas. Sed cùm opus iſtud ſit faſtidioſum ac tædioſum, paucæq; vtilitatis reſpectu aliarũ operationũ, quando ad tuũ placitũ nõ potes de ar. viuo tantũ habere cõgelato ſine reiteratiõe vexatiõis ad faciendũ proiectionẽ, tibi cõſulimus, quòd vtaris in tua proiectione ſupra corpora metallica. Sed cauſa, ppter quã hîc poſuimus ar. vi. trãſmutationem eſt, vt videas & cognoſcas ipſius naturã, q̃ eſt affinis et vicina omnũ metallorũ, ſicut notificat receptio, et diffinitio ſuæ naturæ. Non intelligas tamẽ, quòd in proiectione ſuperioris medicinæ ſit opus ar. viuũ congelare, vt oportet iniſtis ramis nõ habentibus tantam potentiam.

CAPVT XLIIII.

De opere Veneris & Martis.

REparationẽ Veneris & Martis ſic facies, vt feciſti de plũbo et ſtanno: de iſtis

de iſtis tamẽ nõ debes capere, niſi ſecundũ terram, & in aqua cuiuſuis metalli coque ipſam, quouſq; ſal ipſorũ habeas honoratũ. Incera ſal iſtud cum oleo de ℞. Et ſi ſal ſit de natura ☾ vnũ pondus illius proyce ſupra 50 in præparatione leui conuertet illud in ℞ melius, quàm de minera. Et ſi ſal ſit de natura, de ☉ proyce ſupra tantũ de pondere ſimiliter, et cõuertetur in ℞. Et ſi vis ſupra Mercuriũ pjectionẽ facere, viã, quã tibi diximus, pſequere. Et ſi ſal de ☉ vis pjcere ſupra ☾, adde de ſale, de ☾ cum ſale de ☉ per ſolutionẽ, vt corpus diligat ſpiritum extraneũ in ſua natura ligatũ. Alio modo nõ diliget, neq; volet eum recipere, niſi ſit per ligamentũ amoris ipſorũ, quod fit per ℞ in ſolutione, et non in aqua vulgari, ſed in aqua Mercuriali ſulfure venenato plena, quæ penetrat omne corpus: & ſicut tibi diximus de ☉ & de ☾, intellige de omnibus alijs. Et ſi hoc bene

intel-

intelligas, totius ſcientiæ huius magiſterii, per quam ſecreta naturæ trahuntur de potentia in actum.

CAPVT XLV.

De corpore & ſpiritu in ſimul, exemplo generationis humanæ.

QVando vis fili aliquod opus facere vel incipere per noſtri magiſterij beneficiũ, primò ſcire debes, qualiter humana natura procedit, et ſecundũ ipſius proceſſum te ſimiliter habere debes in toto tuo opere & operatione. Sed proceſſus humanæ generationis, fili, hic eſt: Sperma maſculinum calidũ eſt, glanduloſum & ſpiſſum, & ibi eſt calor formatiuæ virtutis in ſimplici ſale, in vnitate germinoſa cum tertio puncto virtuoſo naturæ. Et ſperma fœmininũ eſt materia ſimplex, extenſa, frigida & aquatica in tertio puncto cum dimidio receptiua in vnitate corruptiua: & ideo

& ideo quando miſcentur ſimul & congregantur beneficio caloris, luxuriæ libidinoſæ germen corrumpitur. Quando calor ardens propter cõtrarietatem frigoris aquatici in ſpermatica materia fœminæ ſe extendit, alias extinguit: & ſic ratione poſſeſſionis dimidij puncti frigidi eſt victus calor naturalis in ſuum ſal totum reſolutũ per omnes partes aquæ ſpermaticæ fœminæ tali modo, quòd mixtio facta eſt homogenea in forma aquæ claræ: Scias, fili, qua intentiõe natura facit hanc mixtionem ſimplam: hoc eſt, vt compoſitum homogeneũ in ſe accipiat virtutem primæ complexionis, de qua fœtus vel infans erit cõplexionatus in omnibus ſui corporis partibus. Et quòd vnaquæque pars aliam diligat in copulatione firma & bona virtute primæ mixtionis. Poſtea fili natura indiget alia informatione, ſcilicet tali, per quam informatiua virtus moue-

re se posſit ad formandum corpus per om-
nes partes maſſæ ſuæ reſolutæ, et eam pe-
netrandum, & ideo natura ſagaci capien-
te, quod cùm calor naturæ fuerit hebeta-
tus in materia humida patiendo ratione
dimidij puncti, & nō poſſit acuitatem ha-
bere ſuum compoſitū penetrandi ad fœtū
formandum, ſtatim quod venit ei aſſigna-
tus terminus ad formationis intentionem
caloris ſubtracti & reſoluti ab humidita-
te mixti ſupradicti, quantū illum dimidiū
punctum aſcendit, per quē victus erit ca-
lor, & vltrà alius dimidius punctus ad-
iunctus: & ſic maſſa de humido ſuo ſpiri-
tuali perdidit vnum puuctū, vt dictus ca-
lor acuitatem habeat moderatam pro for-
mando, penetrando ac ſigillando formas
diuerſas, prout iacet intentioni noſtræ
appropriatæ. Et ſic in tali forma excitat
natura calorem ſuum, humorem extra-
hendo, qui eum mortificatum tenebat. qui

quidem

quidē humor præcepto naturæ transfertur vaporabiliter in aliam regionem, in qua eſt ei obuiatum ab humido menſtruali, & ibi fermentatur per exuberatum calorem via temperantiæ ad nutriendum infantem: cuius fermentationis virtute res vilis menſtrualis dealbatur à dictis ſpermatibus reſolutis, & in lac ſublimatur, & in alembicis mamillaribus informatur, et tranſportatur: Quare fili tanquam viua voce tibi ſit reuelatū, cùm hæc humiditas propriā ſpermatū ſubſtantiā intret, quòd nos eū clamamus & appellamus humidū radicale. Quare tibi dicimus, quòd de iſto ſunt generati dētes infantis noſtri, ſcil. de mēſtruali ſanguine dealbato per reincrudationē humoris, in quo ſpermatū virtus manet: Ideo tibi manifeſtetur, vt nolis vbera ſubtrahere à tuo charo infante, ſi eū diligas, quouſq; dentes generentur eidē. Et iſta eſt naturæ regula, quā

in noſtro magiſterio debes habere tanquã magiſtram et præambulam, penitus cùm ſine illa nequeas aliquid agere. Poſtea naturæ aſſimilando humanæ, accipe corpus cũ vnione & naturali cõiunctione cũ arg. viuo, & arg. viuũ cum corpore & cũ ponderibus ſuarũ virtutũ, facias ea amplecti tali modo, quòd grata natura virtute caloris luxuriæ libidinoſæ per aliquã extenſionẽ & mollificationẽ corpus cõtineatur in partibus argenti viui, & arg. viuum in partibus corporis, & eo inſpiſſato, cogatur in aliquantulo, & de toto fiat vnum compoſitum album, ſicut maſſa mollis, aut paſta alba vniformiter mixta cõſtrictione caloris, ac exercitato motu vltra plus ponendo argento viuo, qnautum ſufficiet ſecundum mutatiuam virtutẽ, tali modo, quòd illi duo miſceantur ſimul humores: & quando erunt mixti, pone totum illud in loco digeſtionis ſcilicet in foſſa, quæ ſentit de

tit de natura bufonis, quouſque comederit, & corroſerit omnes ſuas cabeſes, id eſt, oſſa. Fili, cabeſes bufonis ſunt duo ſpermata, quæ diſſoluuntur in ſubſtantiam aquæ virtute veneni, quando fœtens draco euolat per aera, & quando vis debis quòd omnia erunt reſoluta in aquã, ſepara inde ſuperfluam humiditatẽ, quæ tenet calorẽ naturalẽ hebetatum dictorũ ſpermatum, iam fermentatã & exuberatã, vſquequo videas dictũ calorẽ excitatũ de ponticitate & acuitate, quæ iam ſunt proprietates naturæ ſulfuris veri. Hæc exuberatio fili, fit cum igne ſicco informatione cautelæ & diſcretionis in adminiſtrando ignem paulatiuè, et qualibet vice creſcendo ſecundum rationem naturæ, quouſque videas corpus in obſcurum verſum: caue tamen eum à rubore ſuper ignem veniente. Fili, niſi auiſes te, ſpiritus exibit à corpore, & poſtea retinere

animam non poterit. Cuſtodi ergo bene, quòd corpus nõ ſit omnino priuatũ, et expulſum ab iſto ſpiritu per ſtimulationẽ magnæ calcinationis, ac nimiũ extenſæ. Ideo quòd ſpiritus eſt ille, qui animã retinet amoris ligamẽto, et corpus animã retinet, quãdo ſpiritus in corpore tentus eſt, quia anima nõ vult, nec quærit in corpore manere, niſi mediante ſpiritu. Et quãdo omnes tres ſunt adiuncti, nunquã ſeparabuntur. ideo, quia ſpiritus retentus à corpore animam retinet, vt anima retineat in vita corpus cum triangulari forma. Vocamus ſpiritum fili omne illud, quod in corpore remanet, & omne illud, quod cõgelatum eſt in eo: ſed animã dicimus totum illud, quod fit ab eo ſeparatũ per ſublimationem in humiditate radicali naturæ. Et quando videbis corpus ſic præparatũ, vocamus illud corpus veniatum. Da ei de ſuo menſtruali exuberato virtute mixtionis

ſuæ

ſuæ propriæ naturæ, vt de illo exuberato vltrà recipiat, quàm perdidit in fluxu ſolutionis ſuæ. Poſtea ipſum adde ſuæ propriæ naturæ, quæ ipſum habet integrare, & implere, quouſque fixetur, et fluat, de qua proijce vnum pondus ſupra mille arg. viui, vel ſupra mille pōdera cuiuſuis corporis, et conuertet illud in arg. verū. Recorderis fili in operatione corporis, & in eius clauſura, ſcilicet diſſoluendo illud, quoniā aqua eſt medium ſeparandi tincturas omnium elementorū, & illas addendi coronæ regali per triangularem figuram.

CAPVT XLVI.

De conditionibus medicinarum noſtrarum quot ſunt, & quomodo, & de quo acquiſiuerunt.

PRima conditio elixiris eſt, quòd poteſtatē habeat ſeparandi, & ſegregandi ac amouendi omnem ſulfureitatem extraneam, & immundā terreſtreitatē ab omnibus infirmis corporibus tali modo, quòd omne leproſum & corruptum in fu-

ſione poſt proiectionem ſeparetur, & iſta conditio eſt in medicina acquiſita virtute cõiunctionis elementorũ, ſecundum quod fuerunt collecta per mixtionem humoris rerum alteratarum à virtutibus impræ-gnatis, & mixtis, & terminatis per gra-dus miniſtrationis ignis magnæ ſollici-tationis. Secunda conditio eſt, quòd medi-cina potentiam habeat illuſtrandi & no-bilitandi, ac alterandi corpus omne in al-bedinem reſplendentiſsimã, vel citrinita-tem ſecundum intentionem, quam petis in luciditate magna, vt corpus à perfe-ctione diminutum perficiatur, & ſit com-pletum dè toto in totum. & iſtam condi-tionem lucratur medicina per virtutem nobilis præparationis de ſua materia ar-genti viui, antequam ipſa ſit facta medi-cina modo tali, quòd materia in elemen-tum diſſoluatur, & poſtea in profundiori corporis miſceatur alterabilis abſque ſe-

para-

parationē: ſed fieri non poteſt, niſi ipſius ſubſtantia corporis ſit fortiter & multùm bene ſublimata & ſubtiliata per diſſolutiones & ſublimationes factas per diuturnas præparationes, & ſic apparet lux, fulgur & reſplendor ſuarum illuſtrationis & nobilitatis. Tertia conditio medicinæ, quam per ſuam virtutem principaliter habet, eſt, quòd metallum alterat aut in terminatam fuſionē lunarem, aut in determinatam ſolarem fuſionem ad finem, quòd metallū ſit exhibitor omnium probarum, & paſſibile ad omnes probas & indicia, & ipſa medicina non poſſit ſeparari à mixto in fortibus indicum probationibus: & hanc virtutē acquirit medicina per operationem indurationis & fixationis in calce, antequam inceretur & fixetur ad intentionē fluendi & fundendi: quia tūc omnis phlegmatica humiditas extranea, quæ ignem pati non po-

teſt, virtute ignis optetici, ſeparatur & omnino diſligatur, quando ſpiritus in calce alba ligatur, ſeu fixatur per reiterationem ſublimationis de parte non fixa ſupra rem, & materiam fixam. Quarta conditio eſt, quòd perpetuitatem habeat medicina per alterationem firmam impreſsionis contra aſperitatem, & vigorem ignis ſine fuga vel euacuatione aliqua: Et hæc conditio venit ei virtute propriæ fuſionis poſt ſuæ ſubſtātiæ præparationem claræ ac ſplendentis cum ſuis fuſibilibus fermentis. Quinta conditio eſt, quòd medicina virtutem habeat dandi & trbuendi pondera perfectionis reſpectu terminatorum ponderū metallorum perfectorum: & iſta conditio venit ei per proprietatem ſubſtantiæ metallicæ, de qua fuit compoſita cum proprietate operationis, quæ colligationem ac congregationem fecit plurimum minimarum partium

tium additarum & congregatarum in vnum. Si velis scire fili res alterantes & alteratas: Res quæ alterant, sunt argenta viua. Alteratæ res sunt corpora, quæ vocamus sulfura, quoniam sunt alterata per prima alterantia, secunda alterantia sunt. Et, quia in ipsis alterantibus & maximè in vno est vniformitas densationis, ideo naturaliter corpori adhæret, & cũ ipso ligatur ratione suæ vniformitatis, & ratione suæ densitatis habet vim boni ponderis, & ideo ratio nobis necessaria dedit cognoscere illud, quod post experientiam vidimus claram, videlicet, quomodo de Mercurijs debet Medicina vera creari magis, quàm de alijs spiritibus per concordantiæ differẽtiam secundum suæ præparationis gradus. Si habeas fili notitiam p̃parationis, tu eris magnus philosophus magnæ philosophiæ regalis plenus. Scias, quod moderni philosophi et iuuenes in vir-

in virtutū naturæ notitia deficiunt magis confortando virtutem naturalē, quàm materiam purgando corruptam: & ideo, quia bene componere nesciunt suas confortatiuas medicinas, in quibus est plus de forma quàm de materia, & nesciunt medicinalem materiam extra corruptas res proijcere, in quibus est materia medicinans per totum virtute cœlesti influxa et fixa, in illa per cursum naturæ cum leui decoctione solis & stellarum infusa. Quia necessaria res est, quòd naturalis virtus, quæ est calor & gubernatrix naturæ, sit adiuta qer quintam virtutem naturalem cœlestem immissam, virtute medicinali subtili tractam, & extra suas corruptiones positā virtute boni intellectus, quē bonus Physicus habere debet, si velit intelligere operationē, per quam tractatur materia medicinalis, & terminatur sub conseruatione suæ virtutis, per quam habet ope-

operari. Et ideo, quando ignorant per defectum ignotæ euidentiæ extractionem & compositionem talium medicinarum, unt multùm decepti per ipsorum fatuas & tenues existimationes. Et, quia nos penitùs ignoramus mensuram fortitudinis ligamenti, per quod ligata est operatiua virtus in sua materia, oportet vt superaddatur entitas certa caloris graduati super potentiam virtutis ligamenti: et ideo dicta virtus disligatur & dissoluitur à suo subiecto, & fugit ab igne ardenti & cremanti, qui eius inimicus est mortalis, et manet sine virtute confortata. Et causa, quare virtus recedit ab igne, ideo est, quia eius subiectum, vel corpus non fuit exaltatum, sicut dicta virtus, antequam ignis fuerit ei datus vltra mensuram fortitudinis sui ligamenti: quia virtus confortatiua tenet se, custodit, & cremat in igne cõmuni applicato cum igne naturali,

in quo

in quo eſt virtus cœleſtis, quam quæris. Poſtea tali informatione informatur, quòd ignis cõmunis non ſuperet dictam menſuram: detur ergo in auiſamentum omnium volentium iuuare naturam per confortationem, quòd diſcant attrahere virtutes notas per doctrinã præcedentem de corporibus vegetabilibus mineralibus, & animalibus, aut cõpoſitorum, abſq; læſione ſuorũ ſubiectorum. Et ad hoc agendũ tuum excitauimus intellectũ in aqua ſimplicis compoſitionis. Fili opus eſt tibi vt virtutes attractas applices magiſterijs ſubtilibus, vt poſſe confortatiuũ non conturbetur per materiæ groſſitiem: ideo quando vis cõfortare, aſpice quòd virtus poſſit ſupra materiam, & quòd ſit ei tota ſimplex, et hamilis ad faciendũ ſuas actiones. Et talem confortatiuam medicinam poteris exhibere, et anteponere cõtra omnes infirmitates, quia calor naturalis dilatans

latans se, et extrà ponẽs virtute medicinæ cõfortatiuæ cassat, expellit, et rumpit totũ illud, quod est contrarium suis individualibus, sicut ignis, quãdo addit et iungit homogenea, et segregat ac separat heterogenea, q̃ sunt homogeneis cõtraria. Vide fili, et aspice, quòd materia subtilis, in qua colligis virtutes essentiales, non sit de resolutione leni, nõ sit in grossis partibus, sed in minimis, et insensibilibus, particularibus, vt virtus naturalis causata p̃ accidens in magna cõplacentia recipiẽdo confortationẽ regentẽ insensibiliter cõtra infirmitatẽ quamcunq; possit eã annihilare, sanareq̃ sine aliorum spirituũ læsione, quia per nimiũ motum in tali casu factum multùm debilitaretur: & hoc esset contra confortationem, in quantum debilitaretur corpus nimij motus excitatione. Et ad talẽ faciendũ medicinã supra alias omnes inter omnia mineralia, vegetabilia et animalia

malia finum aurum electum eſt pro medi-
cinis conficiendis. Et ſupra omnes virtu-
tes inter vegetabilia & animalia ſunt
virtutes ſucci ſiue iuris lunariæ, et muſ-
bæſana, quæ mel componit. Materiam au-
ri in dictis virtutibus condire debes, &
vti in ſubſtantia comeſtibili, & in liquo-
re cibi condimentalis, aut in impoſitione
mixta per vnionem purorum ſubiecto-
rum ſuorum miſcibilium ſine vexatione
magna depuratorum per ignem, quem ti-
bi diximus in capitulo 18 & conſquenti:
& talis exercitationis reſpectu, fili in-
tellectus, facere potes medicinas diuer-
ſas aliarum rerum, quæ nihil conſtabunt
ad naturam conſeruandam humanam,
ſicut tibi declarauimus in tractatu aqua-
rū condimentaliū, et potabilium. Et ſi no-
ſtrum magiſteriū intelligis bene, quomo-
do fiunt, intelliges et omnes alias medici-
nas ſub cōſeruatione cōfortatiuæ virtutis.

C A-

CAPVT XLVII.

De modo separandi elementa in octo diebus ad consequendum operationes breues per literas A B C, & compositio sulfurum, & eorum confectio.

QVando feceris Hillud in B proijce, postea fac separationem de H, et de B per Y, & pone H ad partem. pòst separa I per X, et inuenies substantiã B mortuam & siccam. Inde pone H in B, & pone tamen in V, & postmodum separa H Q C per Z, & postea separa H de C per I, & accipe de B illud quod tibi mansit de H per X, & habebis primum elemẽtum, quod terram vocamus: Et quãdo vis aquã haber[illegible]uod est secundum elementũ, accipe C, et illud transi per X, & postea adde cum H, & omne illud pone in camera de V, & post biduum separa H & D per Z, & statim de D separa H per Y, & de C illud quod remansit de H beneficio de X, & habebis secundum elementũ, quod

aquam mineralē vocamus. Et quando vis aerem habere quod eſt tertium elementū, accipe D, & illum tranſi per X, & pone & adde cū H, & in camera de V per diem naturalem: poſtea ſepara E cum H per Z. Et ſtatim ſepara H per V. Et accipe D illud quod ei remanſit de H, et habebis tertium elementum quod eſt de natura humida. Et ſi vis ignem trahere qui aliquando capitur loco aeris, illum pones de E, quando tranſierit per X, & adde cum H, et quando fuerint in camera de V per 12 horas, ſtatim ſepara H & F per Z, pòſt de E ſepara H per V capiēdo de E quod ſibi remanſit de H pro beneficium de X. Et ſimili modo facies de F & habebis ignem in natura calida & caloroſa, & omnia quatuor elementa à Mercurio aut argento viuo: ſi ī bene nos intellexiſti tibi diximus de ſublimationem, & ſicut tibi de illo dictum eſt,

est de omnibus alijs corporibus iutellige: post hoc te habitua creare sulfura talia, quæ velis tam de corporibus quàm de Mercurio coniunctim aut separatim, sicut per tabulas metallorum inuenies, per quas rota mixtica est concordata omnium septem metallorum. Et quando mixtice de materia Veneris aut Martis aut de ambobus simul, vel sit per gyafresiam aut anafresiam elementorum ipsorum, non ponas nisi B. Quoniam aliæ sunt malæ ac infirmæ mineræ. Scias fili quòd septem metalla, non sunt nisi mineræ nostræ, in quibus argentum viuum nostrũ congelatur in clara et simplici minera quam appellamus lapidẽ benedictũ, et tincturam maximæ claritatis: omnia opera particularia fili quæ sunt infra latitudinem magni magisterij, non sunt nisi discurrere Mercurij elementa per omnia metallorũ elementa tã simpli-

citer quàm compoſitè, ſicut tibi monſtratum eſt, & doctum per tabulas huius artis, & tantas quantas inuenies cameras, tot poteris ſulfura generare diuerſarum virtutum, & de tantis, quæ habebis ſulfuribus, tot habebis particularia opera. Et ſi de ſulfuribus facies coniunctiones, de tantis, quantis coniunctiones facies, tot opera habebis compoſita particularia ad proyciendum ſeu proiectionẽ faciendum ſupra tot metalla, de quibus eorum medicina particularis erit compoſita. Et per illum intellectum mouere debes metallorũ partes elementantes de Mercurio per primas cameras ad finem, quòd poſtea poſſunt duci ſecundum naturam partium ſuarum elemẽtatarum ad fixionem, in qua fixione per diſcurſum ſulfurum generatorum de ſubſtantijs metallorum, aut à ſuis naturis cum tertijs literis, & quartis Solis aut Mercurij ſimul ad ru-

ad rubeum aut Solis tantùm, & ad albũ de ſola Luna vel de ipſa & de Mercurio, de quibus cauſatur I. ſecundum medicinas ſine H, prout ibi per liquefactionis tabulas oſtendetur. Quia de I tracto ab H cauſatus Ip F Mercurialis adhuc per G, & tunc applicatiuus cum K albo. Item ſi quæris I Mercurialem addere cum Ilunari, multùm nobilis erit exuberatio. Copula ergo quæuis illorum duorum I I cùm K ſimpliciter vel compoſitè, & dabit tibi mirabilem & admiratiuam fuſionem per potentiam naturæ. Et ſicut eſt de albo, ſic de rubeo dictum eſt.

CAPVT XLVIII.

De natura ſupremi fermenti.

PEr media fermenta fili poteſt totius corporis natura fermentari. Et quia de illis non adhuc fuimus locuti, dicimus

tibi quod antequã velis fermẽtare, videas primò, quòd fermẽta ſint bene præparata. Præparatio fermẽti eſt fili, quòd trãſierit per tria principalia conuertẽtia, antequam de illo fermentationẽ facias. Nã opus eſt tibi, quòd primò fiat puluis calcinatus per liquefactionẽ. Secũdò puluis diſſolutus per diſſolutionem. Tertiò bene induratus puluis per congelationẽ. Et quartò puluis ſublimatus per ſeparationẽ. fili in indurando & mollificando eſt ſecretũ noſtrum: quia ſine illis nullũ ſimplex corpus fieri poteſt in vnione perfecta, & niſi facias perfectam mixtionẽ alteratarũ rerũ per veram vnionem, iam aurũ vel argentum non erunt ad operandũ habilia. Fermẽtũ fili eſt perfectum corpus ſublimatũ & alteratum dictorũ conuertentium poteſtate in lapide totum ſimul. Quia nullũ corpus ſublimaretur, niſi cum naturæ beneficio lapidis, qui trahit ad ſe ſicut adamas

mas trahit ferrũ, et elixir, qui habet laxationẽ dare in adiutorio humidorum elementorum, qui sunt subtiles pulueres, qui sunt et erãt immediatè sublimati supra corpus sublimatũ. Si ergo huius corporis sublimati subtiliationẽ reiterare intẽdis in mixtiõe spiritus humidi sublimati, quotiẽs hãc exercitationẽ facies, totiẽs lucraberis 100 partes in piectiõe sua. Ideo quòd corpus quanto subtilius et magis volatile ac leuius est, tãto melius ad pyciendũ vnũ põdus supra centũ, & centũ supra mille et mille supra 10000, & 10000 supra 100000. Et sic in infinitum. Adde igitur corpus albo fermẽto ad albũ, & rubeũ ad rubeũ: et fac matrimoniũ de ipsis, et de lapide, quousq; facta sint vnũ corpus fixũ p mediũ aquæ Mercurij. pòst da ei fusionẽ p aliũ lapidis tantũ. Et nota si vis, quòd metalla parum habent, & fac totum per viam reductionis, & erit exuberata tinctura

ctura incomparabilis precij. & ſicut tibi dictum eſt de ſublimatione fermenti, ſic etiam debes intelligere de ſublimatione corporis in lapide per illa elementa. Adhuc plus tibi reuelamus, vt notam intelligas, quæ tibi data eſt, quòd lapis ſupradictus venit ab argento viuo noſtro, quod in ſua natura portat adamantis virtutē & corpora ſunt, Sal fuliginoſum, quando in ſua natura reſoluta ſunt prima lapidis virtute, qui dulceſcit.

CAPVT XLIX.

De alijs reuelationibus propriarum naturarum & eorum ſubiectis.

ADhuc tibi dicimus, quòd dictæ naturæ non ſunt niſi ſales acuti, quos habere non potes, quouſque tranſierunt de prima in ſecundam partem. Nam illæ res quæ tincturas recipiunt, ſunt materia naturæ, & tincturæ ſunt de propria materia

ria eſſentiali puræ naturæ. Ergo natura neſcit addere neq; aggregare, niſi per ſuam naturam, ſcilicet per ſuã materiam præiſſimam intrinſecam per artificium depuratam de ventribus mortuorum in lapidis adiutorio, videlicet metallorum dicta materia naturæ. In virtute fili res vitalis eſt vocata & nominata ſulfuris viui terra creata ab argento viuo in ꝓprio ſale naturæ, qui eſt materia illius, & ſuæ propriæ eſſentiæ et tincturæ ſunt noſtra ar. viua, quæ ſimiliter haberi nõ poſſunt, niſi p ſapiẽtes, qui regimina primæ partis ſciunt, qui primũ operationis naturæ gradum conſtituunt. Scias ergo fili te habituare in dictis regiminibus, vt animatam habeas materiam, ad faciendum alti precij medicinã. Ideo quia de ſulfure & argẽto viuo facta eſt in ſale naturæ. Iſtæ tres res fili nõ ſunt niſi vna res ſola communis, de qua natura eſt naturata. Quia natura

materialis eſt imprægnata à natura formali. Et ab illa eſt natura ad ſuas reuolutiones faciendas contra corruptionem extremam, quam deſtructionem appellamus. Ideo fili, ſi nos intellexiſti, diximus tibi quòd nunquam argentũ viuum noſtrum erit ſine ſulfure, ſicut iam ſcis. Cùm in eo conuertatur, nec ſulfur eſſe poteſt abſque ſalis natura, quòd eſt principale medium informatiuum, per quod tranſit natura ad faciendum, & ad implendum ſuas generationes: niſi natura fili argentũ viuũ habeat in ſuis operationibus ſuæ materiæ partes continuari nõ poſſet, nec ipſa ſaluare poſſet partes in humido radicali, & niſi ſulfur haberet, coquere non poſſet, nec cõgelare partes humidas, quæ formandæ ſunt. Et niſi ſal haberet, penetrare non poſſent partes, quæ ſunt congelandæ propter acuitatis defectum. Ideo illud appellamus ſal magnificum, ſal honoratum,

noratum, ſal animatum, deo quòd ex natura calida eſt prægnatum, quæ penetrat, ſtringit, imprægnat & implet. et ſic ſui caloris virtute, à qua materia eſt natu ta extẽdẽdo, penetrat et penetrãdo gelat humidum argentum viuum per ſuã ſic citatem magnam in eius radicalitate. Et ſic ſal noſtrũ ſequitur formalẽ mixtionem armoniacã omnium elementorum. Quare non mireris, ſi eum ſalẽ armoniacũ appellamus. Nã ſic vocatur ꝓpter eius exaltatã & ſublimatã proprietatẽ puram, & primã materiã naturæ, & eſt tota natura in ea, quare eſt naturata, ſicut faber eſt infra fabricam, qui ſe ad operam præparat. Et adhuc ideo appellamus illud ſal ignis. Quia ignis natura eſt, niſi natura in arte philoſophicè capta tanquã naturalis calor cõplexionatus exiſtẽs ſecundum naturamà proprio ſuo ſubiecto. Eſt iterum iſtud honoratum ſal vocatum aqua maris

acuta,

acuta, cremans & ardens, & sal medi-
tullij ouorũ, aquæ stella, stella matutina,
Aquila volans, nubes ignis, Sal amarum,
sal nitri, sal cibi, borax, Cinis baracis,
sal vrinæ, sal armoniacus, Attingar, sal
attincar, sal saponis, sal alkali, Soldã,
Nubes congelatæ, ventus congelatus,
Corporalis ventus, Secretum naturæ,
aqua maris gelata, Arsenicus sublima-
tus, puluis in cœlo exaltatus, Sulfur exal-
tatum, & Mercurius sublimatus. Et hæc
omnia faciunt illos errare, qui per eorum
ignorantiam fuscam & tenebrosam ne-
sciunt materias naturæ eligere propter
proprietates suas, vnde cæci sunt, & in
arte decepti, tanquam gentes parui sen-
sus. Sed tibi fili per reuelationem dicimus
quôd bene recorderis & memoreris de sa-
le prædicto in vna proprietatis parte,
quia nullo tempore debes hic de alio sale
intelligere, nisi sit de metallis, quæ in eo
re-

reſoluuntur, ſicut per artificium potes ad oculum videre. Si ergo illud ſal dulcificare ſcias, corpora intrabit tanquam vera natura, quæ eſſe vult infrà, & ea tranſformare habet de vna in aliam ſpeciem malogratibus radijs de metha & rege, de metha & igne calamine. Ideo cùm omnes ſales ſunt pura natura metallorum, de proprietate metallina, propter amicitiã illius rei, adduntur & congregantur in vnũ, cùm ſal non ſit niſi argentum viuũ, poſitũ et reuerſum in lapide precij qui eſt materia naturæ alterata ac mutata de vilitate in nobilitatẽ. Quia mixtio perfecta fieri non poteſt ſine alterationẽ rerum naturæ, quæ miſceri poſſunt perfecta vnitate, corporaliter loquendo. Scis fili quare res talis eſt vilis reputata, quia niſi eſſet cognita, non fieret compotus. Etiam quia res eſt completè non formata, nec eſt res finita ſecundum naturam ſuæ actio

nis

nis ineſſe cõpleto. Et quia res eſt naturæ extra domum ſuam proiecta, ſicut homo qui à poſſeſſione ſua exulat, & vadit optaret reuerti, ſicut res quæ ſunt ei vtiles, et ſui corporis cõſeruatio. Ideo libenter quærit & fortiter, quando per inſtinctum & ſtatũ deſiderat ſuas extremitates diſtinctè retinere, in quibus finitur. Et vltra ad hoc quod in omni loco reperitur, cum ſine ipſa nulla res poſſit generari. Sed cùm ſit lata & larga, in figura ponitur, vt non videatur in ſuorum elementorum proprium diori, & recipit in ea terminationem ſimilem per ſuam extremitatem vltimã, tam quam completam. Vnde vulgus Philoſophus compoſuit hos verſus.

Vna eſt res vilis, licet eſt vbicunque reperta,
Quatuor incerta naturæ nube referta,
Solue, gela, ac itera, quod putruit fit aqua vera,
A ſale dulcifera fluit in igne quaſi cera:
Quæſtio fit ardua ſed multùm philoſophalis,
Cur res tam vilis ſit verißima regalis.

D.C.

D. CPRVTEQPR. *Sed tu fili nō quæras maledicere de ipſa, quæ magiſtri ſui præcepto poſuit te in eſſe. Nam ipſa ſe creauit pro tua ſaluatione, ſi ſcias ipſam obſeruare et ſecretare ac celare opera ſua, & recreando & ſpatiando ipſam in magnas nobilitates reducere. Ideo quidam auſi non fuerunt loqui, quia licentiam non habebant à magiſtro naturæ, niſi metaphoricè in aliqua pictura verborum ænigmaticorum, ſicut per ſua verba confitentur conſequentia.*

Lempniadem lapidem purga, contunde, ſimulque
Beſatum puris inde coquatur aquis.
Calcis inextinctæ puluis tenuiſſimus illi
Mixtus, vt in maſſam tranſeat & lapidem.
Saturnina facit Iouialia, Iupiter ex hinc
Luna fit, inde Venus ſolis habet radios.
Et Mars in Lunam tranſit per eam mediante
Mercurio, per quem tanta micat nouitas.
Sic & Mercurius mediator vbique deorum
Alteritâte ſua quando ſit hic vel ea.

Nec

Nec miretur homo ſub tali ænigmate dicti
Vilia, ne ſiant iſta latere volo.

Fili dictæ naturæ facies indurationē per
fixationis regimen, & ſi intelligas illud
quod tibi de natura diximus, tu intelliges
quomodo Ieſus Chriſtus nos per naturam
ſaluauit per triangulum infinitum, ſicut
per illam quæ multùm addecandum facit.
Eramus omnes damnati. Nam cùm appa-
reat, quòd ſit ſtatera iuſtitiæ infinitæ, hoc
apparet in tāto, quòd trina vnitas in nul-
lo præiudicari voluit triangulo naturæ
finitæ, quæ nos damnauerat, niſi humili-
tas, patientia, bonitas, magnitudo, æter-
nitas, poteſtas, ſapientia, amor, virtus, ve
ritas, gloria, perfectio, iuſtitia, largitas,
miſericordia & dominatio fuiſſent præſi-
dentes in deitate integra: in potentia cu-
ius hoc præſens commendamus teſtamen-
tum. Et ſi hoc intelligis radicaliter, intel-
liges per naturam partem trianguli: vna-

que

quæ forma est de virtutibus trinitatis & vnitatis animalis intellectualis, & sensualis, qui creaturæ interiectus est, et artificialis naturalis, & intellectiua, quæ operationi datæ sunt, & per consequens omnes aliæ, quæ in rota sunt contentæ de T. Et si bene per realitatem dictam rotam intelligas, bene & propriè de primo sentimento hanc intelliges scientiam & artem, sicut nos facimus: vnde te rogare volumus tota humilitate, quòd hac scientia nolis malè vti, sed ad finē magistro naturæ debitum. Et scias quòd illud vult, quia potestatem habet saluare te, secundum quod vsus fueris, & si malè te regis, superiorē virtutē peruertere vis cum peccato, iam victus, et sic tu es perditus, si vitium regat te. Et virtus nobis reuelat de rota A, quæ mouetur per rotam & virtutem de T, contra B rubea pars de X. Quæro, quare virtutes in deitate faciunt

triangularitatem, vel diuinale triangulum, & non in alijs? Respondeo: hoc est, quòd omnium virtutum aliarum materiarum omnium est mater. Et supremæ virtutes essentiales influunt, & influxæ sunt dictis materialibus triangulis, & per illas natura constituit eos in quadrangulis, qui nominati sunt media figurarum naturæ principalia, scilicet inter triangulos et sphæricos. Et debes ideo vel potes intelligere, si res naturæ potes formare per artem sine virtutibus diuinis altis & supremis, cùm natura tibi ostendat, quòd absque illis nihil formare potes. Quare, si quæras esse fortior natura, opus est tibi, quòd scias suere petiam caputij, sicut Virgilius, quando bonum nomen suum perdidit. Natura non potest reformare rem vnam in prima forma, nisi alia via moueatur adiutorio artis, sicut propriè vidimus per

hanc

hanc ſcientiam, quando corpus corruptum in corpus ſimile, ſicut erat, nõ vertitur, imo in puluerem ſiccum, & in elixir humidum, quòd omnia alia conuertit in ſuum proprium ſimile. Et hoc totum natura perficere non poteſt, niſi ab arte & ſcientia ſuccurſum accipiat, quæ cuſtodit ſuas ſpecies à corruptione individualium, de quo poſtea reformantur in forma omnium corporum, quando facit de metallo puluerem, & de puluere facit elixir, à quo omnes infirmi ſubitò recipiunt multùm notabilẽ ſanitatem potentia magna illius, quod vocatur Elixir. Ideo fili non intelligas, quòd ſint in forma metalli terminatum, ſicut prius. Nec etiam per hoc dicere volumus: nam valet multò plus, cùm pro vno grano 100000 habeamus, & plus quàm tibi dicimus à duplata virtute. Et adhuc corpus quod transformauit & mutauit, & virtutibus ornauit ſit

plumbum aut ſtannum, ferrum vel cuprum, album vel rubeum, aut argentum viuum, vel quodcunque aliud metallum tranſmutat in aurum finum & verum, prout cementū, cōtra quod reſiſtit, oſtendit, & melius quàm naturale propter eius virtutes, & maius habet poſſe contra leproſitatem, et omnē aliam infirmitatem, quàm naturale. Idcirco dicimus omnibus, quòd caueant ſe ab auro, facto arte alchymiæ ſine natura: nam melius eſſet comedere ignem ardentē cum oculis baſiliſci, quàm loco medicinæ per ſcientiā ignorantiæ venenum applicare: quia aurum ſophiſticatum eſt totū impuritate plenum ex igne contra naturam, cum quo ſophiſta operatur, & illud ſpoliare neſciuit, neque mundare: Præparatoria enim eligere neſciuit, neq; ſolum intelligere verbū, quomodo natura ſe habeat in ſuis ablutionibus. Tales fili feciſſe credunt totū, quando vi-

do vident aurum ſuum in ſubſtantia & colore, propter applicationes extraneorũ puluerum, ſed fortiter diminutum eſt ab omnibus ſuis actionibus naturalibus, propter defectum & regenerationẽ ſuarum purgationum, quia neſciunt ei miniſtrare, neq; integrare curſum naturæ, per quem omne aurum bonum acquirit multas magnas virtutes ac proprietates: Quare fili tibi dicimus, ſi velis integrare curſum naturæ, vt aurum tuum potentiam habeat ſupra omne aurum naturale, aſpice quòd in fine primi gradus lapis bene purgatus exiſtat à tota corruptione ſua, & poſtea redde ei virtutes, quas perdidit, & quas reperies in ſpiritibus quintarum eſſentiarum. Et quantò plures virtutes illorũ ſpirituum pones, tantò magis erit infuſio & multiplicatio medicinæ: & ſecundũ virtutes medicinæ, erunt virtutes metallorum reformatorum. Et quando ſpiritus

in lapide poſueris, permitte ipſius continuare motum, quouſque virtutes quintæ eſſentiæ contra ardorem & aſperitatem ignis reſiſtant. Tunc fili, quando tale videbis ſignum, tibi ſit ſignificatum, quòd ſuperioris naturæ quintæ motus venit abſq; corruptione quacunque, à qua venit naturæ confortationis virtus. Fili ſicut natura in digeſtione & præparatione ſuæ materiæ ſimplicis recipit ſuas virtutes quintas eſſentiales ab influentijs ſpecificatis cœli in ſua minera, loco perfectiuæ formæ tranſmiſſas & immiſſas præcepto Creatoris in multùm ſimplicibus ac tenuiſsimis ſpiritibus, reſpectu quinti Numeri, & ibi quieti terminantur. Similiter poſt reſolutionem quintorum ſpirituum ſimplicium, & de virtutibus cœleſtibus repletorum, quæ ibi deſcenderunt per influentiam cœlorum in dictis materijs, nos in materia lapidis illas re-

influi-

influimus absq; lesione virtutum in ignis appropriata cautela secundum tolerantiam spirituum, in quibus retentæ sunt, & illic tam lapidis virtute quàm virtute sui proprij motus & subtilis mixtionis terminantur & retinentur in multiplicatione tanta, quantam volumus in virtute vel quantitate: sed cùm sint pauci, qui intelligant, aut sciant hoc facere magisterium, vt dictum est, ideo credunt & affirmant, non esse aliud magisterium quàm ipsorum ruralis alchymia: & ideo ad euitandum malum, quod sæpe fieri per ignorantiam potest, inhibemus omnibus communibus Physicis, quòd nolint vti aurum illorum in medicinis cõdimentalibus, hoc est in cibis & potibus: quia statim per res acutas ignis contra naturam humanæ naturæ contrarias, quæ intrant in illius sophisticatione, calorem naturalem mortificaret, et dissolueret, & resolueret cor-

dis ſpiritus, in quibus dictus naturalis calor cõſeruatur, ſed in cognitione habeant aurum ſanum de minera ſua propria, vel aurum noſtri magiſterij examinatum per ſuas examinationes in tribus proprijs cementis. Fili, formam quam tibi diximus, perfectiuam, & infuſam in materia lapidis purgati loco actionis animæ formantis, quia formatio non eſt aliud niſi pura actio illius ſicut A, qui eſt principale perfectiuum, dedit ei in potentia, & propter iſtam reſultabunt virtutes, quas tibi ſuprà diximus, & ſuper hoc diffinimus formationem ſecundum philoſophiam generalẽ, dicẽdo, quòd formatio eſt illa res, ad quã ꝓpriè ſpectat formare: Vnde tibi dicimus, quòd actionem eius reperies per infuſas virtutes in ſpiritibus quintarum eſſentiarum cum decoctionibus ignium lenium, cœleſtis caloris reſpectu.

CAPVT

CAPVT L.

Qualiter debent corrigi errores, & positæ: & de impossibilit

IMpossibilitas fili
tia, quòd pos
re sine aliqua mutatione materia... co-
lore in colorem, ad quos solicitationē ha-
beas tali modo, quòd omnes colores tibi
sint grati rubedine excepta, q̄ in materia
venit post quintarū substantiarū separa-
tiones igne stimulatiuo cōtra materiā sic-
cam. Tunc fili quintæ substantiæ, quæ in
sicco remanent, cremantur & ardent, et
consimiliter eorum tinctura, quia nolunt
esse nisi vt aer humidus simplex, nec
extra trahi possunt, nisi sint artificia-
liter illis additæ, & virtute ipsarum at-
tractiua sint ibi collectæ per suarū aqua-
rum aera, & reuiuificatæ, prout apparet
ex puncto separationis aquarū vltimo in
balneo extractarum. Nisi scias ex aquis

aerem extrahere, roga naturã, quòd sua
...ctiua tibi velit ostendere
...aualiter modicum illius,
...tione sua, separabit
...auratione, quo-
...eria virtutis attractiuæ est ꝓpe
ex toto separata. Et caue à magno vel
multo igne in distillatione aerum: ideo,
quôd corpus rubesceret, et virtus suffoca-
retur attractiua, quæ dat aera tibi, & si
ipsa esset in gradu suffocationis, posset
trahere magis quàm indigeres, quia non
habes opus nisi de aere subtili multùm.
Trahe igitur per inhumationes, quoniam
ipsæ tincturas ab omni adustione custo-
diunt, & humiditatem perditam resti-
tuunt, reuiuificando virtutem attracti-
uam. Et si videres, quòd corpus esset ru-
bificatum, & folia sua calida & calcan-
tia, quòd multotiens in prunæ similitudi-
nem mutantur: tunc proijce in suã aquam
statim,

ſtatim, & in illa fac coqui quouſque viar
ingredinis aut albedinis a ceper
omnes extrah e aeres pe
dulces in igne extrav
cipales fili colo.
ta, quæ dant cognoſcere illua-
natura, & ſunt : nigredo, albedo, ac
rubedo, ſicut tibi diximus in capitulo,
Semper fili.

Sed hîc tibi dicimus intentionẽ extrahendi aeres, & corrigendi errata, & ab illis erroribus ſe cuſtodire, qualitercunque tamen ſit, caue ab omnibus albedinibus, ac de multis nigredinibus, quòd etiã non habeas niſi vnum ruborem, qui in fine debet venire primi gradus. Et ſi antè venerit, combuſtibilitatem colorum ſignificat, qui rubificari volunt propter acuitatem, quam ſentiunt â magna punctuitate ignis ſtimulatiui ſibi adminiſtrati per informationem malam, antequam

corum

orum motus proprius ſit integratus. Et
quãto rubificantur ante debitũ
verdunt de ſua tinctura
propria rubificatio-
a eorum rubifi-
gata & collecta eſt in materia
extranea, quæ ignem pati non poteſt: &
hoc eſt, quando ei data non eſt præpara-
tio vera. Et ſi hoc bene intelligas, ſcies,
quare ſophiſtici deficiunt verum aurum
facere.

CAPVT LI.

De compoſitione aceti noſtri, quod conſtringit argentum viuum ad extrà ponendum naturam.

NOuum vinum accipe fili bene ſic-
cum, & in ipſo reſolue D ad quar-
tam partem dicti vini, & tantum de C.
Et ſi loco dicti vini ponas de ſucco vel iu-
re lunariæ, vna pars valebit decẽ, poſtea
fac diſtillare, & per diſtillationẽ aquam
ſuſcipe,

ſuſcipe, quæ eſt ſuccus exuberationis magnæ, & proſequere ad Mercurij ſui ſublimationem, ſicut antè tibi diximus in libro Mercuriorum, et extrahe aerem clarum in forti igne, prout in principio noſtræ practicæ tibi diximus: & in illo fac diſſoluere illud quod eſt diſſolubile de lapidibus dēſis et metallis. Et ſi primò corpus ſubſtantiā menſtrualis fœtentis attraxerit, virtus mineralis multiplicabitur: & ideo tibi ſit reuelatum, quò viuificatiuæ virtutes infuſæ ſint in materijs cum ſpiritibus quintis. Caue fili, ne de illis rebus aliquid dicere velis. & ſcias, quare ad legendum non datur hæc ſcientia, niſi generaliter cū alijs ſcientijs ſine nominando aliquid de illa, nec apertè, nec occultè, eſt, quia motus nō debet homini per naturam dari ad intrandum res naturales per artificium, niſi proprius naturæ motus, per quem benedictus erit ille, cui Deus dominus

minus noſter inſpirare volet dona gratiæ ſuæ: nã dominus eſt cœli, qui cor ſcit illius, in quibus forma & modo vellet vti, quoniã multæ res ſunt, quæ per naturã fiunt, quas ſi multi ſcirent, in operibus ac vſibus prauiſſimis vterentur, totum confunderent mundum, niſi per ſuperiorem refrenarentur. Quæro igitur, quare ars iſta facta eſt: hoc eſt, vt figura de T per artem & naturam impleatur in A, et quod Artiſta & operator huius artis poſſit ad loca alia aſcendere. Et quòd nobilis rex Eduardus poſſit cõplere ſui curſus optatum permiſſione diuina contra paganos P N A B Y Z E A V I G Z. Et omnes iſtæ litteræ cum alijs ſuprà notatis ſignificatæ ſunt in noſtra artis declaratione compendioſe clamatæ & nominatæ, Vade mecum, de numero philoſophorum cum omni integritate ac perfectione huius teſtamenti.

CAPVT

CAPVT LII.

De proiectionibus omnium medicinarum tam vniuerſaliter, quàm particulariter.

PRoiectiones fili fiunt ſupra corpora fuſa ſecundum magis & minus virtutum, quas requirit lapis ſua ſubtilitate. Ideo, nam quanto lapis ſubtilior, tanto tibi opus eſt, vt magis de corpore ponas, & minus de medicina. Sed ſunt plures, qui in medicinarum dictarum proiectionibus curtis & particularibus per ignorantiam decepti ſunt, prout bene ſcimus, & probari vidimus, nec alterationem ſuæ medicinæ videre poſſunt: nam quando aliquis de illa proiectionem facit, ſcilicet de modico medicinæ ſuprà multum corporis fuſi, nihil videt nec in penetratione, nec in alteratione. Et ſic ſperat dictam medicinam nullius eſſe virtutis, non curans eam amplius proſequi: ideo, quòd ſi ſtatim illud metallum, in quo infuſa eſt

ſa eſt medicina, per cinericium tranſire, aut per capellam ſciret, & videret omne illud quod eſt tranſmutatum radicaliter à corpore in puro metallo cũ omnibus medicinis ſecundum plus & minus. fili ſit ille ſpiritus ſubtilis infuſus, quẽ petis qui ſua neceſsitate & virtute ſuæ proprietatis tingit & mutat omnia corpora, ſicut res curatiua & purgatiua ab omni leproſitate, & antidotarium omnis infirmitatis. Et hoc calorem naturalem nutriendo in omnibus corporibus metallorum. Iſta medicina inſenſibiliter omnia corpora penetrat, in profundioríque illius ſpiritus reſtringitur, ſicut natura & ignis naturæ, & humiditas radicalis, quæ eſt multùm fixæ retentionis, & multùm magnæ alterationis ſub individualium conſeruatione metallicorum. Hanc vltra cooperante appetitiua virtute metalli immundi & leproſi, quæ ad ſe trahit ſpiritum humidum,

dum, glorificatum, ſicut corpus ſitibundum & ſitiens potat & fugit, & ad ſui cordis profundius trahit etiam cooperante, & adiuuante impulſiua virtute à calore naturæ mouente, quæ implet & impellit formatiuum ſpiritum in corpore, quod reformatur, quando partes tangunt ſe, cõiunguntur ac miſcentur, & in tanto partes magis fixæ virtute ſpiritus mixti in profundiori ipſarum coactè ſe retinent in vita perpetua. Et metallum ſupra corpus proiectionem tuam. Sic ſimiliter ſupra Mercurium facies. & ſi medicinæ, de quibus proiectionem facere vis, ſupra Mercurium non eſſent ſubtiliatæ ſubſtantiæ, ratione breuitatis ſuæ confectionis ingreſſionem ante ipſius fugam nõ haberet, niſi Mercurium congeles alterius Mercurj virtute ſeu vapore vegetabilis, vel mineralis in ſulfur tranſmutati, congelatio cuius fit, vt prædixi-

mus, in tali vase cum longo collo, in quo fit multiplicatio sulfuris: & sicut diximus in eius congelatione ad proyciendam medicinam: sed, si de superiori medicina proiectionem facere vis, non cures dictum congelare Mercurium. Nam antequam ad fugam se cõstituat elixir, cum sua subtilitate penetrabit, quia res est omnibus virtutibus adimpleta. Si tamen fili dicas particulares medicinas tantum subtiliare velis ad hoc agendũ, subtiliare poteris per solutiones & congelationes, & per additamenta fermentorum, quod simiter supra vnum milionem partium vna pars intret, & illas omnes conuertet, sed ponderis certitudinem in proiectione & subtiliatione dictaruu medicinarum in adiutorio eius, quod tibi diximus, indagationi tui magisterij dimittimus, cùm ad plenum tractatum sit in Codicillo nostro, in paruarum medicinarum proie-

proiectione. Fili, tuum reperies metallum modicum alteratum ad vtilitatem extrinſecam, quouſque per cinericium tranſierit, quia ſtannũ videtur ſtannũ, vt antè, & eſt modicum frangibile, induratum ſine luciditate, vel claritate manifeſta, quouſque per cinericium bene purgatum ſit: & ſimiliter de plumbo, & ſic de Venere, niſi quia verſum eſt in colorem Iouis. Sed quando per cinericium tranſierit, videre tu poteris illud, quod de eo tranſmutatum eſt in argentum depuratum. Et iſtæ diuerſitates veniunt à minoritate virtutum lapidis ſecundum magis & minus præparationum ſuarum & ſubtiliationum, quia calor mutatiui ſpiritus, quem non habuit in tantis virtutibus, in eorum groſsis ſubſtantijs defuit, quod per ſuam proprietatem bene ſegregare poſsit, nec diſgregare res heterogeneas metallorum, quando per ſuum ſpiri-

tum transformaretur, niſi ſit per adiutorium cinericij, & hoc ratione ſubſtantiæ groſſæ medicinalis, in qua nimium collecta eſt tranſmutatiua virtus, quæ actionem integram ſui ſpiritus impedit adimplere, qui diuiſus in eo quod non eſt de eſſentia naturæ, & coniungit omne illud, quod eſt vicinum & propinquum naturæ argenti viui, quod poſtea mutatum reperitur in argentum melius quàm de minera. Et ideo in hoc caſu ſpiritui ſuccurrimus per diuiſionem illius quod eſt extraneum ſuæ naturæ puræ. Sed non intelligas, quòd in eorum cinericijs debes plumbum ponere, quia medicina totum faciet adiutorio ignis cinericij. Quando tales medicinæ fili ſupra corpora proiectæ ſunt, ipſa corpora poſtea non poſſunt pati ignem ignitionis, ſed ſtatim funduntur abſque ignitione determinata. Et hoc, quia natura eorum patitur contrarie-

trarietatem materiæ indigeſtæ, quæ faciunt ea fundere ante tempus, quouſque per cinericium fuerit conſumpta, & materia indigeſta fuerit deuaſtata, quæ eſt loco phlegmaticæ ſubſtantiæ vaporabilis. Adiuua ergo virtutem tuæ medicinæ per cinericium, & in illa aurum & argentum reperies, ſecundum quod medicinæ erunt ad album vel ad rubeum. Quando fili vis diſſoluere per liquefactionem, te mouere oportet H B per V, & per X, quouſque diſſoluantur. Et ſi velis per diſſolutionem congelare, oportet te mouere C D H per Y X V, & ſucceſſiuè, quouſque poſſint obiectum fuſibilium attingere in litteris de I nigris Indis incolis & citrinis, quò propinquiores ſunt naturæ de K. Et pro tanto finem facimus noſtri teſtamenti, per quod completum eſt tertia potentia: vnde duæ generatiuæ, ſcilicet prudentia & charitas ſuum accipient

complementum rectum in terra laboris. Nisi nos intelligas, reitera legendo quamlibet lectionem ipsam in diuersis lectionibus diuidendo, vel in diuersis capitulis. Et reitera quodlibet capitulum. Et in capitulo diuide. Et quodlibet capitulum erit tibi vna lectio, & memoria recordabili, & intellectu intelligibili per voluntatẽ armatam, vnam lectionem cum alia misce, quia intellectus vnius intellectum tibi aperiet alterius. Et vna res extensa & intellecta tibi faciet aliã intelligere cum frequentationis adhærentia. Et sic planta per calcinationem gubernata non te suo fructu priuabit.

FINIS MERCVRIORVM LIBRI.

HOC

HOC EST ALPHABETVM LIBRI HVIVS PRACTICI.

A Deus
B arg. viuum
E menſtruale
F argentū purum
G Mercurius philoſophorum
H aurum
I compoſitū lunæ
K compoſitū ſolis
L terra compoſiti lunæ
M aqua cōp. lunæ
N aer comp. lunæ
O terra compoſiti rubei
C ſalpetræ
D aſoqueū vitriolū
P aqua compoſiti rubei
Q aer comp. rubei
R ignis cōp. rubei
S lapis, vel medicina alba
T medicina corporis
V calor furni ſecrti
X ignis cinerum
Y calor balnei
Z ſeparatio liquoris.

RAYMVNDI LVLLI DOCTISSIMI ET CELEBERRIMI PHILOSOPHI Apertorium.

De veri lapidis compoſitione.

Sapientes aſſerunt, quòd tantùm ſit vnus lapis compoſitus ſolùm ex quatuor elementis, nullius extranei indigens, niſi ſit eius naturæ. Primò omnium purgatur de tota eius ſuperfluitate & phlegmatica materia corruptibili, quæ ipſius mors eſt (ex quo patet, quòd mors corporis, quæ in ipſius putrefactione vel copia ſit, ipſius etiã purificatione tollatur) & quæ mortificat ipſum ſpiritũ, qui habet poteſtatẽ viuificandi ſuam terrã: Purgetur ergo, & ſeparetur ab eo phlegma corruptibile per ſubtile

ſubtile ingeniũ, quod tibi dicam. Nam ſi nõ benepurgetur, nunquã terra eius bene purgatur, albificatur, neq; fiet matrimonium inter corpus et ſpiritum: & ſic tunc ille ſpiritus nominatus eſt ſpiritus lapidis, qui habet viuificare corpus ſuũ mortuum, à quo cõpoſitio per ſuam præparationem exiuit. Et ideo, quando corpus reuerſum eſt de morte ad vitam, tunc ipſum eſt clarum, purum, album, & reſplendens (nota, vt Mercurius) cum magna ſubtilitate, & veſtitum pulcherrimis indumentis. Scias, quòd quando iſte igneus ſpiritus intrabit ſuum corpus, & ipſum reſurgere faciet, tunc Philoſophi nominant ipſum lapidem benedictum, & lapidem magni precij & honoris poſt ſuam reſurrectionem: & illud intelligitur de igneo & nobiliſſimo ſpiritu prædicti lapidis, qui ſic illuminatus eſt in natura quatuor elementorum. Non tamen intelligitur ſic ſe habere,

bere, quòd sit terra solùm, vel aqua solùm, nec aqua, nec ignis: sed tantummodò est vna sola natura, quæ continet in se de natura & proprietate quatuor elementorum simul, aliàs non posset ligari cum sua terra: & per consequens terra non posset albificari per eundē spiritum, si ipsa de natura non haberet. Ideo omni tempore cōsiderandum, quòd natura, & proprietas, quæ est in isto spiritu, nō sit combusta in præparatione eius per potentiam ignis: quoniam tunc spiritus nullo tempore haberet à se potestatem albificandi, aut se coniungendi cum terra: quia mediū & anima, quæ participat intra mortē & vitam, separaret se ab ipso spiritu per potentiam ignis in tali forma, quòd spiritus maneret mortuus sine anima: & sic anima elongaretur ab eo fugiendo in regionem suæ sphæræ. Et tale secretum non est dicendum apud ignaros & inscios. Non igno-

ignoras tu, quòd illi, qui credunt facere aquam vitæ, ipsi certè faciunt aquã mortis, combustionis causa. Ideo supplico tibi, vt custodias ignem in præparatione ista, & non destruatur nimio calore: nam cùm anima recedit, tunc spiritus nõ haberet posse vinificare suũ corpus, quum nõ dare possit, quod nõ habet in se. Et nota, quòd præparatio ipsius spiritus fit sub tali forma. R. de meliori succo Lunariæ (intellige Mercurium) quem inuenire potes: scilicet de fortissimo libr. 1. aut 2. & pone in vas cũ alembico, iuncturis bene clausis & lutatis, pone ad furnellũ, & fac subtus ignẽ de vno lichnio, & subtili lento igne prædicti spiritus distillentur: & tamdiu distilletur, donec amplius incipiat venas facere: tũc p illud separare poteris spissam aereæ animæ: et ideo quando phlegma incipit venire aut venare, tũc signũ est quòd spiritus distillatus est, q tenet in se omnes perfe-

perfectiones vitæ. Et tunc recipe illũ ſpiritum diſtillatum, & cuſtodi ipſum optimè in vitreo bene obſtructo cum cera alba: pòſt appone aliud receptaculum ſub alembico, & recipe ſecundã aquam, quia adhuc retinet de ſublimato ſpiritu, licet nõ ita forti vt primò: de iſta ſecunda aqua diſtilla tamdiu quouſq; nihil amplius veniat niſi phlegma, & quæ non habet ſe aliter, niſi ſicut aqua corrupta communiter guſtando modicum per os tuum, ſi adhuc habet aliquam virtutem, tunc adhuc magis poteris diſtillare: ſi autem eſt ſicut alia aqua pura in guſtu, tunc depone receptaculum cum iſta ſecunda aqua, et pòſt pone aliud purum ad recipiendum totum phlegma, tamdiu diſtillando, vt nihil plus diſtilletur: & tunc totum phlegma effundatur, quoniam ipſum eſt quod mortem infert noſtro lapidi precioſo: & hoc vulgus non cognoſcit, ſed nos cognoſcimus.

Iam

Iam ibi habes terram, quæ manſit in fundo vaſis in toto nigra ad modum picis fuſæ: illa enim terræ calcinatio non poteſt fieri igni forti, ſicut Sophiſtæ credunt, ſed ipſa fit per proprium ſpiritum ſuum, qui cuſtodit eam à crematione, quia ſuus ſpiritus animam ſuam à ſuo corpore trahit, & repellit phlegma ſuum ſuperfluum, & terram mortificat, & poſtea perpetualiter eam viuificat. Et ergo nunc calcina terram prædictam ſub iſta forma: R. ſecundam aquam diſtillatam, et funde eam ſuper terram nigram in vaſe ſuo, & miſce bene, quouſq; ſit diſſoluta, quia terra ſtatim ſoluitur. Et caue, ne à fecum fumoſitate (ſpiritus) recedat, quia ibi eſt ſulfur, quod habet poſſe congelare noſtrā aquam in laminam cryſtallinam, vel formam albiſſimi pulueris, ſicut eſt nix pulcherrima. Moue ergo bene prædictas feces, & ſcias, quòd iam dictæ feces fumoſæ intantùm

tùm manibus moueri debent in ſuo vaſe, donec bene ſint diſſolutæ in ſuo ſpiritu. Poſt deſuper pone alembicum, & luta bene, & diſtilla ſuum ſpiritum per ignem cum vno ligmine (lichnio) ſubtili forma, vt prædixi, donec videbis, quòd nullæ veræ, quas ſpiritus faciunt, iterum corrumpuntur in capite alembici: & tunc iterum recipe receptaculum alembici cum ſpiritibus, & pone ad partem, et appone aliud receptaculum, & diſtilla, vlterius videndo, an adhuc ibi ſint plures ſpiritus: ſin autem, tunc aqua quæ diſtillatur, habet ſaporem ſicut aqua communis fontalis calida, tunc eam effunde iterum, quia talis aqua phlegmatica, quæ diſtillatur, adducit etiam mortẽ noſtri lapidis. Et poſt totam diſtillationẽ, tunc accipe vas cũ tota materia, quã tunc inuenies magis duram quàm prius: & hæc eſt ratio, quia tunc ille ſpiritus attraxit ſibi animam aeream de

ſuo

ſuo corpore, eò quòd ipſe eſt locus, in quo anima cõtinetur: illam operationẽ reitera totiens, donec tu videbis materiam tuam calcinatam in fundo, in puluere nigro: vel etiam tamdiu, vſquequo videbis nullum amplius præſtare phlegma et ſaporẽ, ſicut prima (N ſemel pro ſemper accipe, & intellige, quòd vbicunque vel quotieſcunque ponit diſtillationem in prædicta forma, ſcilicet per diuerſarũ aquarũ aut partium receptionem, & per indigentiã diuerſorũ vaſorum: hæc & ſimilia, et omnia ſibi adiuncta ſemper ſint tibi ſuſpecta, tanquã verè mẽdoſa et à veritatis tramite deuia, & ad deceptionẽ & illuſionẽ incautorum poſita, quia vno vaſe et vniformi ſublimatione philoſophica hoc opus philoſophicũ perficitur.) Sequitur in textu. Et nõ ignores, quòd in diſtillatiõe miſceas illos duos ſpiritus ſimul ſuper terram ſuam tamdiu vſquequo terra & ſpiritus habebunt illa

ſigna

ſigna ſupradicta, nempe terra ſit calcinata, & ſpiritus nullum faciat phlegma.

Scias fili cariſſime, quòd in iſto capitulo primo magnum ſecretum continetur, quantum ibi eſt extractio animæ à corpore, per quam ſpiritus eius viuificatur, ſicut corpus in abſentia eius mortificatur. Ergo ſubtrahe humorem mortificantem calorem naturalem: ipſe enim calor eſt cauſa generationis noſtri ſulfuris. Sic Philiſophi teſtantur, quòd noſtrum ſulfur non poterit generare ſine calore: nos enim trahimus tunc iſtum calorem de morte ad vitam, quia prius in ſulfure nigro mortuus fuit: nunc autem eſt viuus & indutus magnis virtutibus & potentijs. Et ſcias, quòd iſte calor nunc debet poſſe penetrare omnes partes ſui ſpiritus mediante cauſa ſuæ acuitatis, & etiam habet coagulare ratione ſuæ ſiccitatis: quia ſcriptum eſt, quòd omne ſiccum liben-

libenter ebibit ſuum humorem, & conuertit ipſum ſulfur, quod poſtea poteſtatem habet coagulandi totum argentum viuum.

Inſpice fili charitatis: Quòd ſi iſta conuerſio ſeu tranſmutatio inſpiciatur, tunc ibi nulla eſt contrarietas ſenſus in generatione, quia omnis generatio habet fieri per diuerſitatem ſuæ corruptionis & generationis, quæ ſunt ſimul contraria: Et corruptio, quæ eſt potens in materia, illa ducit eam poſſe deuenire in nouam generationem vitæ æternæ. Et propter hoc eſt neceſſarium, quòd corruptio ſit facta per elementorum ſeparationē: poſt præparationem earum creatur ſuum ſulfur: et de illo poteris poſtea conficere medicinam lapidis ſecreti, in quam fluxit talis virtus ſulfuris, quæ habet viuificare et ligare duo contraria, ſcilicet corpus & ſpiritum, ſubtiliando & miſcendo cor-

pus cum ſpiritu, et cõgelando & retinendo corpus in ſpiritu, & ſpiritum in corpore, fixatione permanente. Et hocteſtatur Philoſophus, quum dicit: Nos non poſſumus facere tranſitum de mollitie Mercurij ad duritiem metalli ſine diſpoſitione media, quæ participat de vna ſicut de altera, et immediatè illa participatione habet poteſtatem colligare ſimul, & facere vnionẽ. Quare, ſi tu es indagator veritatis, intellige quòd tria facta ſunt vnum. Et hoc teſtatur Philoſophus in libro de Trinitate, vbi inquit, Lapis noſter precioſus cõpoſitus eſt ex tribus, ſcilicet ſpiritu, corpore, & anima: & ſimul ſcias etiã quòd ſpiritus eſt medium, quandoq; inter corpus & animam, quia ſpiritus attrahit animã à corpore mortificando corpus, & poſtea reddit ſibi animam et reſuſcitat ipſum. De iſta reſurrectione loquitur Hermes ad omnes inquiſitores artis,

artis, & veritatis: O fili recipe animam lapidis, & semina eam in terrã foliatam nostram albam, quæ est volatilis: si enim vis quòd perdat sua magna elementa, & scias, quòd anima retinet eam ita quòd nõ poterit fugere, quãdo ipsa ascendit in cœlum, & descendit in terram, & tamen virtutem corporis spiritus recipit sub tali forma, scilicet quòd nihil est quod possit contra eam, nec mors etiam poterit eam iteratò mortificare, quòd scriptum sit, quòd si qua vna vitæ resuscitatur: nunquã aliàs morietur. Ideo fili potest intelligi quòd vita æterna nõ potest esse in aliquo corpore, nisi prius fuerit mortuã: quia mors est causa glorificatiõis ipsius corporis in vita æterna, sicut corruptio est causa nouellæ generationis diuinæ substãtiæ.

Mortifica ergo corpus prius per corruptionem, antequam aliud aliquid facias, & post parum, iterum parũ trahe ipsum

ad vitam, donec perueniat ad tale medium corporalitatis et ſpiritualitatis, quod nos nominamus mediũ participans naturam duorum extremorum, ſcilicet inter animam & corpus: & ſecundum iſtam rationẽ dicimus ſpiritum eſſe vitam animæ, quando ipſa continet in ſe animam, et etiam ipſum ſpiritum nominamus corpus ratione ſuæ corporalitatis palpabilis & viſibilis, à quo cõponitur, & etiã in loco locatur, & illa eſt ratio, quare hic ſpiritus retinet in ſe de natura corporis. Et præter illas duas proprietates iã dictas, ſcias hoc tertiũ inter corpus & animam, quod nos nominamus mediũ, quod habet poſſe viuere & ligare ea adinuicem ſine ſeparatione, & poſtea ille ſpiritus continet in ſe animam, per quam mortuum corpus reuiuificatur. Ergo hæc eſt cauſa motiua, quòd coniunctio inter corpus & ſpiritum per naturalem amorem, & per diſpo-

dispositionem amicabilem facta est. Ipsa enim amabilis dispositio & coniunctio amoris, est illa, per quam cõiunctio spiritus & corporis se facit esse natura corporis individualis, in qua est spissitudo corporis, et potentia cum istis omnibus figuris, quæ intrant primò in substantiam de subtili spiritu. Etiã eius spissitudo elongata est in substantia cum subtili spiritu per talem subtilem modum, ita quòd non est oculus corporalis, quo aliquid aliud videri possit, quàm solutio spirituũ, quæ est in forma aquæ, et sic ipsa anima et spissitudo corporis ibi insensibiliter simul requiescunt. Et tunc etiã apparet, quomodo anima ligata est virtute et qualitate corporis, & etiam anima est de natura & spissitudine corporis eiusdem: Ergo quando corpus est mortuum ex siti, tunc illud desiderat humectare suam sitim, & bibere pro restauratione suæ naturæ humi-

dæ, quam excellenter & potenter perdidit in ſua calcinatione: & ſic tunc per reſtaurationem viuificatiuam trahit ad ſe naturam quam amiſit, & intrat in naturam ſuam, & etiam trahit ipſum multiplicatum de propria ſua ſubſtantia, & exuberatum per naturam ſui corporis, quæ effuſa eſt per totam ſubſtantiam ſpiritus. Et ſic illa extractio, quæ facta eſt per ſupradictam naturæ amicabilitatẽ, & eſt coniunctionis cauſa inter corpus & ſpiritum: & de illa coniunctione Philoſophus ad Filiũ veritatis ſic dicit, Quia ſi coniunctio non fuerit facta intra corpus & ſpiritum, nunquam fit ibi conceptio: & ſi non fuerit conceptio, nunquam poteſt fieri imprægnatio: & vbi non eſt imprægnatio, ibi nunquam poteſt fieri nati generatio. Et ſic iſto modo poteſt videri poteſtas iſtius coniunctionis. Et propter hoc manifeſtat

Philo-

Philoſophus, quòd generatio noſtri lapidis aſſimilatur humanæ generationi ex iſta ratione, quia quando infans naſcitur, tunc nutriendus tamdiu eſt, donec bene fortis, & patiens eſt contra ignem ſeu ignis ſubſtantiam: & nō æſtimes, quòd tunc compleueris, vbi modo primo incipere debes, quia adhuc non vidiſti ſecretum quod retentum eſt filijs veritatis demonſtrandi. Et illud modò hìc incipit in ſecunda parte de nutrimento lapidis, quando hìc magnæ tranſmutationes illius lapidis ſecundum poſſe manifeſtantur. De tanto magis tranſmutationes videbis, & multorum mirabilium ſecreta, & poteſtas naturæ manifeſtabitur tibi viſibiliter coram oculis tuis. Et illud ſecretum nulli hominum carnali reuelare expedit, quia maledictus eris per tanti ſecreti manifeſtationem, quia nemini reuelare licet, niſi

ſoli Deo. Ipſe enim cui vult & quibus interest reuelari, illis reuelabit, & non alijs: quia est domũ Dei, & nullius mortalis hominis. Et cui Dominus Deus fecerit tantam gratiam, illi hoc ſecretum naturæ reuelabit, & ſecundum ſuum placitum, quòd in ipſius virtute ac poteſtate locauit.

Terræ viuificatio.

SCias fili, quòd neceſſarium eſt in illa viuificatione, vt terra recuperet illud quod perdidit, & quòd ſuus ſpiritus humidus reportetur in corpus ſuum ſiccum per naturalem tranſmutationem. Illa autem non poteſt fieri per potentias ſeu per ingenium naturale: ſed ingenium naturæ eſt locus noſtri ſulfuris, ſcilicet in complexione & vtilitate. Et ex his habetur cauſa neceſſaria, ſcilicet quòd granum ſpermaticale, quod eſt humidum & calidum hoc tranſmutare habet: ideo Philoſophi

phi conſiderarunt dicendo, quòd totum illud facit vna natura, quoniam ipſa de diſpoſitione in diſpoſitionẽ conuerſa eſt, & conuertit, & in tali diſpoſitione ipſa natura tranſmutat: & ſic etiam granum tale modo tranſmutat: & hoc intelligendum de calido & humido ſpiritu (N. hic aduerte, quòd ſpiritus Philoſophorum differt à ſpiritu vulgi in calido) quia Mercurius vulgi eſt frigidus et humidus: Philoſophorum autem ſpiritus eſt iam calidus, & humidus.) Sequitur: O fili veritatis, per iſtam tranſmutationem Philoſophi notant, quòd terra lapidis debet priuari de tota ſua humiditate tamdiu, quouſque conuerſa fuerit in qualitatem ſiccam. Et poſt hoc concludunt, quòd humiditas conuerſa fuit in ſiccum locum ſuum: hoc intelligendum eſt, id eſt in propriam ſuam terram, quia illa eſt proprius locus generationis noſtri ſulfuris.

Et hoc tunc apparebit manifeſtè, quòd illa terra illud ante ſuam præparationem & calcinationem non facit, & tamen ipſa poſt calcinationem hoc facere habet propter calorem ipſius naturalem, qui fuit confortatus per ſubtractionem humiditatis quæ habuit eum mortificare, et totaliter ſubmergere. Et tunc terram iſtam præpara et bene calcina per rationem philoſophicam, antequam ad eam ſementum ſeminaueris, quod nos multum diligimus. Et ergo pòſt ℞. terram & cum ea quartam partem ponderis ſui de ſpiritu, & pòſt pone ad vas tuum, quod nos appellamus retentorium, & loca ad furnum continuando ignem lentum tamdiu donec ſpiritus omnino coaguletur in terram. Scias fili, quòd corpus quod eſt mortuum, illud induit ſe albis veſtimentis, ſicut ſi Deus voluerit, tu videbis, quando illa prædicta experimentabis.

Iſtas

Iſtas apparationes, fili, reiterabis tamdiu donec videas terram totaliter albam ad modum niuis: et ſic tunc terra eſt ingroſſata & imprægnata cum æterna claritate, quæ habet infantem parere: ille enim partus finem imponit ſcilicet quãdo ſpiritus cõgelatur in ſulfur, quod operatũ erat de terra, et deſiderabat in ea ſplendidam claritatẽ ad finẽ illius, quòd ipſa eſſet pura et ſine corruptione, et quòd eſſet ſupra impurã et corruptibilẽ. Et ſecundũ iſtum modũ quando terra fuerit bene alba, tũc fili extrahe eã ex ſuo vaſe, & tere eã vt fiat puluis minutiſſimus, et hoc fac ſupra laminã vitreã. Pòſt iterũ imponitur vaſi, lutãdo eius iũcturas bene, et ponitur vlterius ſupra furnellũ, et accendatur ignis cõtinuando per triginta horas, et inuenies in angulis et parietibus vaſis infantẽ natũ, reſuſcitatũ, p modũ pulueris albiſſimi, pulcherrimi, et tam clari, & in tali clari-

tate

tate ſicut corpus lunæ. Cuſtodi ergo illum valde honoratum, quia ipſa eſt terra noſtra foliata, & de ſpiritu corporum ſublimandorum cõuerſo in terram foliatam: & in eandem ſemina animam, quæ eſt tinctura totius claritatis: ipſa enim eſt verum medium ſulfuris & arſenici, & noſtri lapidis, qui habet facere pacem inter inimicos mortales, quos maximè deſiderat. Et ex quo ille lapis erit corpus aureum, ſpirituale & incorruptibile: tunc propter illam rationem ipſe tenet virtutem vtranque, & de vna ſicut de alia, illo non obſtante, quòd ille ſit in tantũ perfectus ſicut ſua corporalitas, non tamen ſic eſt in operatione, quia non poteſt tamdiu donec ſit nutritus, ſic quòd habebit operandi potentiam ſecundum poſſe ſuum, & hîc inuenietis fortitudinem ſui nutrimenti. Et illius propoſiti fuerunt antiqui, quos ego vidi in ſocietate Regis Ruperti,

qui

qui de illo lapide proiectionem fecerunt ſtatim poſt ſuam creationem: et quum viderent quòd nõ eſſet nutritus in fortitudine ſua, & etiam quum non inuenerunt de perfectione ipſius, poſt hoc ingeniati fuerunt rationem & poſsibilitatem ſuæ operationis, & inceperunt operrari de illo pulchro opere, quod eſt ipſius medicinæ comparatio, & nutrimentum lapidis: & illa eſt ſecunda & vltima pars ipſius magiſterij totius. Propter hoc, fili, potes intelligere ſecretum operis Philoſophorum diuiſum in duas partes: in prima docet informare ſulfur, in ſecunda docet conuertere ſulfur & medicinã fixam & fluentem, ſicut docet Morienus in libro ſuo, dicendo: Quòd totum magiſterium noſtrum neceſſariò fieri debet in duabus creationibus, et illæ mutuæ cauſæ creationis ſunt ſibi proximæ in natura, quia quando prima creatio completa eſt, tunc incipit ſecunda

cunda pro opere medicinæ: & quando ſecunda eſt completa, tunc totum magiſterium eſt completũ. Et fili veritatis intellige, quòd nos in prima operatione noſtræ artis purgamus & præparamus materiã pro ſui ſulfuris creatione. Qua præparata, modò in ſecunda operatione componimus & creamus medicinam, quæ habebit tantam virtutem et poſſe, vt patebit. Et ideo primò debes creare ſuum ſulfur, quia ſine eo non poteſt facere aliquis Elixir completum. Et quando creaſti ſulfur, tunc incipit opus Philoſophicum. Et non habeas tædium in ipſo nutriendo, et ne feſtines, quia ſcriptum eſt, Qui patientiam in opere non habet, & non inſpicit in noſtris libris naturæ mutationem, ille propter feſtinantiam corrumpit opus: ideo patientiam te habere oportebit, & nutrire ipſum tamdiu, donec de illo lapide facere poteris proiectionem: & tunc videbis naturæ

turæ mirabilitatem. Et illud ſecretũ cum perfectione ſua eſt demonſtratũ filijs veritatis. Et hæc eſt ſecunda pars de creatione lapidis & præparatione materiæ illius, de qua noſtra medicina creari debet. Et fili doctrinæ, ſi illa materia ſulfuris non fuerit bene præparata, tunc ex illa nullam tibi medicinã creare poteris: quia ſcriptum eſt de ordine naturæ, quòd materia non præparata non poteſt facere aut creare cauſam præparationis. Præpara ergo primò tuam materiam, & ſepara ſubtile à ſpiſſo, et nobile de vili. Et quãdo res præparatæ fuerint, tunc exibit cauſa præparatiõis, ſicut de lumine exit ſplẽdor.

Secunda pars de opere Philoſophorum, de confectione Medicinæ.

NVnc per ſecundam partem colorabit ſe lapis, fixatur & fermẽtatur: fermentum autem lapidis ad album, eſt argentum: et ad rubeum eſt aurum, ſicut Philo-

Philoſophi demonſtrant, quia ſine fermento non venit Sol, neq; Luna, nec aliquid aliud quod ſit ſuæ naturæ. Coniunge ergo fermentum cum ſulfure ſuo, & generare poterit ſuum ſimile, quia fermentum trahit ſulfur ad ſuum colorem, & etiam ad ſuam naturam, & ad pondus, nec nō ad ſaporē & ſonū ſuum, quia quodlibet ſimile generat ſuum ſimile, quia fermentum vt Sol tingit, mutat ſuum ſulfur in medicinam permanentē & penetrantem: ideo dicit Philoſophus, Qui nouerit ſulfur & argentum viuum tingere cum Sole et Luna, ille peruenit ad maximum arcanum: Et propter hoc oportet quòd Sol & Luna ſint tinctura et fermentum ipſius ſpiritus & aquæ permanentis arg. viui, & per illam aquam aliæ naturæ debent fixari, & nutriri cum naturali calore tamdiu, vſquequo habebūt ſuam fixationem & fuſionem perfectam:

Poſt

Post hoc fit regimen coniunctionis lapidis cum suo fermento, scilicet vsque donec ad completum suum opus peruentum sit. Et hoc non fit vna vice simul, quia hoc de intentione naturæ non est, sed bene per copulationem, scilicet parum post parum, & etiam per coagulationem fit vera medicina vniformis. Et propter hoc illa copulatio causatur à subtilibus partibus transmutatis & alteratis in formam et essentiam spiritualem, quia scriptū est, quòd corpus crassum cum simplici, et simplex cum crasso, propter eorum cōtrarietatem se coniungere nō possunt, nisi crassum cōuertatur in subtilitatem suam, per suum simplicem spiritum, et tunc sint commiscibilia simul. Et hoc notificant Philosophi declarando cuidam veritatis filio, et dicunt, quòd perfecta mistura est, commiscibilium alteratorū corporum per indiuisibilia sibi iunctorum vnio, quia illa

hîc requiruntur per patentem rationem, quia miſtio ſiue vnio non poteſt fieri ſine alteratione, quæ eſt ſubtiliatio corporis, & reductio in formam ſpiritualem. Et de illa parte dicunt Philoſophi, quòd iam medicina completa eſt ab vna manerie in aliam maneriem cryſtallinam: & tunc apparebit quòd illa lamina compoſita eſt de ſubtilibus partibus naturalibus per naturale ingenium vniformiter coniuncta ſine diuiſione illarum partium per modicum, & iterum modicum, quia talis cauſa non poteſt fieri ſine ſubtiliatione et homogeneitate naturæ: & propter hoc conuenit vt veniat illa materia ita ſubtilis, quòd omnes partes in natura æquales ſint miſtæ cum aqua: & hoc videre poteris per tuum intellectum quum factum ſit vnum corpus tranſparens, & in vnum continuatum per coniunctionem & connexionẽ multarum partiũ ſine diuiſione, diſcon-

diſcontinuatione & terminatione in vnã ſpiſſitudinẽ et figuram tranſparentẽ per omnes partes ſuas. Iam fili, tu modo habes non modicum ſecretum. Scias nunc, coniunctionem inter ſulfur & fermentum in forma homogenea (N. hic nota, quod ſpiritus Philoſophorum ſolutus dicitur fermentum, quia de Sole venit & Sol eſt: qui ſpiritus conuertit ſulfur ſuum in homogeneitatem ſuam iteratò, & hæc eſt fermentatio vera, quæ alias multiplicatio dicitur:) ſequitur: Illumina primò corpus antequam imponas animam: quia alias nunquam poſſet ſuſcipere aut in ſe retinere ſpiritum.

Iterum de lapide minerali.

RECIPE nunc dimidiam vnciã Lunæ finatæ, & diſſolue in aqua Mercuriali: ipſa enim diſſoluitur in aquam viridem: & pòſt ſepara aquam per ratioonem Philoſophorum: & ſcias quòd prima for-

ma argenti eſt aqua: & tunc recipe terram de illa Luna, & pone ad partem: & poſtea recipe aquã, & diuide in duas partes: in vnamq; partem proijce vnam partem lapidis (arte argenti) pulueriʒati, & obſtrue bene ampullam, & pone ad Solem, & diſſolue in aquam claram: et illa eſt aqua fermentabilis, in qua fermentatur noſter lapis, & trahitur ad materiam metallorum. Illam aquam diuide in duas partes, & vnam partem pone in vitrum ad congelandum ſuper ignem: pòſt recipe vnam partem argenti, et amalgama ipſum in duplo cũ argento viuo: deinde recipe de lapide congelato quartam partem, & miſce ſimul cum prædicta amalgama, & contere eam ſimul tamdiu vſquequo facta ſint vnum corpus: pòſt imbibe iterum aliam partem tuæ materiæ de aqua fermentabili paulatim, ſicut prædixi in Creatione lapidis: pòſt mitte

mate-

materiam tuam in vnum vas ad nutriendum continuando lentum ignem. Hic debet intelligi, quòd vapor lapidis coniuncti cum vapore lapidis argenti viui perfectè congelat in veram medicinã albam finitam resplendentem. Et quanto plus istam operationem reiteraueris, tãto magis multiplicabis in patientia & virtute tuam medicinam: videlicet sic si vna pars medicinæ prima vice conuerteret centũ, secunda vice mille, tertia decem millia, et sic in infinitum: propter hoc nõ negligas istam operationem multiplicationis: Quia quæ medicina plus disponitur digestione illa, plus perfectè agit in operatione.

Fixatio & compositio tincturæ.

NVnc dicam fixationem aeris, quæ portat in se tincturam: Accipe terram Lunæ quam prius posuisti ad partem et modicum aquæ, et pone totum ad di-

ſtillandum, & ſepara aquam diſtillando igne vnius punctitamdiu, donec amplius nil exibit per illum ignem: poſt pone aliud receptaculum ad naſum alembici, & recipies aerem, qui eſt rubei coloris, aut glauci per maiorem ignis expreſſionem æqualiter continuando, & totum quod poteſt diſtillari recipiendo. Quum autem non plus diſtillatur, tunc pone aquam ad partem bene obſtruendo: poſtea tere terram quæ remanſit in fundo vaſis, & iterum bene contere eam ſuper laminam vitream, & etiam modicum de lapide præſcripto cum ea, & imbibe has res cum aqua, quæ diſtillata eſt à terra tamdiu donec ſit vt paſta: poſtea pone ad diſtillādum per alembicum, & fac ignē de duobus punctis, quia magis ſtrenue diſtillatur quàm prius: et quò tardius humor ſeparatur à ſuo corpore, tanto magis nobilior, precioſior, melior et potentior erit: et rei-

tera

tera vlterius iſtam diſtillationem, donec extraxeris animam à ſuo corpore, ſic vt amplius nil poſsit diſtillari: et eandem diſtillationem pone in aere, quæ rubei aut glauci coloris eſt. Deinde ſemel rectifica diſtillationem per ſe ipſam ſolam: et ſic habes aerem per quem tu tinges et fixabis tuum lapidem in illa manerie aut ſpecie. Recipe argentum viuum quod modo congelatum eſt per vaporem lapidis & corporis, et contere ipſum ſuper laminam vitream, vel lapide marmoreo in pulueremſubtilem, & imbibe cum aere prædicto modicum & modicum, vſque quo fiat per modū paſtæ. Illam materiam nutrias igne lento, & continuo cum vno lignmine, & tamdiu quoad aer congeletur cū lapide, ſicut feciſti cū aqua in lamina cryſtallina, reiterando illam operationē vſquequo bibat medietatē ſui pōderis. Poſt hoc recipe de iſta lamina cryſtallina

modicum, & pone ſuper laminam cupri rubeam, & liqueſcat ad modū ceræ ſine fumo: & tunc illa medicina creata eſt & fixa. Et reitera decoctionem tuam vſque quo habebit tale ſignum. Et de eadē medicina recipe, & proijce ſuper centū partes Iouis albi, vel alterius cuiuſcunq; metalli, & conuertetur in argentum, quod melius erit minerali. Et quando vna pars medicinæ proiecta fuerit per modū prædictæ proiectionis ſuper centū partes argenti viui, tunc congelatur in verum argentum etiā melius minerali in omnibus proprietatibus. Et quando medicina fuit ſemel multiplicata, tunc fac ſic ea proiectionem. R. vnam partem ipſius medicinæ, & proijce ſuper centum partes Mercurij calidi, & iterum cōuertetur in medicinam: & vlterius faciendo proiectionem medicinæ ſuper alium Mercurium calidum, tunc vna pars iſtius medicinæ

conuer-

conuertit centum partes in verum argentum.

Si vis per alium modum facere tuum Elixir, & plus facilius, non miſcendo lapidem tuum cum aqua argẽti aliàs: Tunc recipe amalgama factum ex argento & Mercurio, & miſce illud amalgama cum tuo lapide in quarta parte ſui ponderis, et totum illud contere bene ſuper laminam vitream, donec fiat vnum corpus: imbibe totam medicinam cum aqua Lunæ modicum, & iterum modicum, ſicut prædixi de creatione lapidis: pòſtpone tuam medicinam in vas tuum nutritorium, & fac totum illud eodem modo, ſicut ſcriptũ eſt.

Adhuc fili per aliam modum poteris facere aut componere tuum Elixir: Et cuſtodi, quòd habeas perfectam temperantiam coniunctionis & proprietatis, & ſcias, quòd recipies vnam partẽ, & ſemiſſem de aqua argẽti, & diſſolue in vnã

partem de præſcripto lapide, & totum erit in diſpoſitione aquæ claræ. Et poſt proijce duas partes aeris in iſtam aquam, & eandem pone ad cõgelandum, confortando virtutẽ lapidis, quia ille habet totum congelare & fixare: & ſextam partem aquæ, aut quartam ſeparabis cum igne per viam decoctionis de toto compoſito, quia magis eſt de aqua, per quam ſulfur ſe poſuit in diſtillatione, & conuertit ſe in naturam aquæ contra potentiam ſulfuris: & ſic per eam apparebit, ſicut illa materia demonſtrat, quòd in omni tempore fortiorem vincit minus forte, eò quòd nõ ſuccurritur: Et propter hoc enim opportunũ eſt, quòd aqua ſeparabit ſulfur per ſuæ naturæ curſum, et cõuertit ipſum per diſſolutionẽ in ſuã naturã, propter ſimilitudinẽ materiei. Etiã conueniens eſt, quòd ſulfur habeat poſſe ſeparare aquã, & eam conuertere à proprietate ſuæ naturæ

turæ per congelationem, & conuerſio fit cum naturali ratione: nos enim demonſtrauimus et per experientiam certificamus, confortando virtutẽ lapidis, & damus ei tale ſubſidium, quod habeat poſſe cõuertere aquam, quæ ipſum prius cõuertebat in ſuum ſimile: propterea oportebit te ſcire illud ſecretum, ſcilicet non ſolùm quæ ſit cauſa, ſed etiam modum, per quem modũ poterit operari aut confortari virtus alicuius. Et talis confortatio non poteſt fieri in re vna ſine debilitatione alterius, ſicut manifeſtè apparet in diſſolutione ſulfuris. Et fili, omnis diſſolutio eſt debilitatio ſui ipſius: & ex hoc ſurgit illud, quòd lapis noſter per ſolutionem debilitatur, quoniã virtus aquæ ad hoc ſe confortat, vt habeat ſuccurſum confortare virtutes aquæ: per quas confortationes poſſunt ſeparari virtutes noſtri lapidis debilitati, & conuertere ſe in ſuam qualitatem

tatem & naturam: & ex tali conuerſione facta per debilitatem vnius, & confortationem alterius eſt corruptio noſtri lapidis, & ſicut videtur, ſubuerſum eſt in profunda fouea aquæ, ſicut per eandem naturam appoſitam, & per competentem rationem natura ſagax nobis demonſtrat, quòd virtus lapidis debilitata poſſet confortari per debilitatem virtutem aquæ: confortatur tamẽ ſub tali ſpecie, quæ habet poteſtatem conuertendi aquam in ſuam naturam. Et ſciendum eſt, quòd illud quod eſt de natura humida, reduci debet in naturã ſiccam, & pariter frigida in naturam calidam. Et propterea relucet doctrina Philoſophorum, quæ dicit, quòd conuerſio lapidis in argentum viuum non eſt alia cauſa, niſi coniunctio vnius veræ naturæ in aliam. Fili doctrinæ, nonne percipis quia naturæ ſunt multiplices? & tamen niſi vna ſo-

la na-

li natura diuisa in quatuor partes, & quælibet pars in suum elementum, quia nullum elementum potest esse sine diuisione suæ naturæ, eò quòd nullum elementum ipsas partes habet integraliter, & per hoc vnum elementum solum non potest corrumpi, neque generari in seipso, quia non est spiritus natura. Et ergo Philosophi dicunt, quòd nostrũ magisterium nõ potest perfici sine natura quatuor elementorum simul, & eadem natura, quæ est causa homogeneitatis, separat se de toto heterogeneo, quando potest mutari in omnes elementales qualitates: & illud boni artis considerators nolunt quòd elementa sint de simplicibus qualitatibus, et per hoc habent posse cõuertere et mutare naturam de qualitate in qualitatem, aliquando in siccum, aliquando in humidum, & sic de cæteris, secundum quod diuisio naturæ est confortata per con-

iunctio-

iunctionem ſuorum elementorum, vel etiã debilitata. Et fili, hoc intellige, quòd lapis noſter non fit aliter niſi de vna ſola pura natura, quam quilibet ſapiens ſcire poterit per duos modos: primò per ſapientiam ſpeculatiuam, id eſt per moderamen intellectus, & per experiẽtiam cum perfecta illuminatione.

Et hos modos ſpecialiter teſtificantur Philoſophi, quando dicunt, quòd noſtra medicina eſt vna ſola natura, & illa eſt vna ſubtilis ſubſtantia, in quam qualitates elementorum intrant. Ideo illæ qualitates elementorum de illa magis ad ſe trahunt, in quo plus abundat: & ſic qualitates ſunt ſicut materia elementorum, in quas ipſa ponunt ſuas formas, & in eis ſunt retentæ, ſicut eius natura demõſtrat in omni generatione. Et fili, in ſubtili ſubſtantia condenſant ſe qualitates elementorum, & propter hoc capiuntur: & per

hoc

hoc elementa ſunt quæ dant tam multas virtutes in illam ſubſtantiam, per quas ipſa poterit penetrare, tingere & facere operationem mirabilem, quam populus communis & ignarus æſtimat pro maximo miraculo: ſic, quòd putant tale factum eſſe per incantationem magicæ artis, quum ipſorum memoria & intellectus non valet comprehendere noſtrum magiſterium, quod per naturam & de natura, & etiam ex natura factum eſt. Fili doctrinæ, ſi iſta natura non fuiſſet de ſubtili ſubſtantia eſſentiali elemẽtorum, tunc illa impura eſſentialitas elementorum non potuiſſet eſſe, & dominari in ſubſtantia: & etiam ſi quodlibet elementum ſeorſum ſecundum ſuam ſubſtantiam eſſet minerale, tunc illa ſubſtantia non poſſet etiã penetrare, nec ingreſſum habere, neque colorare. Ergo propter iſtam proprietatem fili nõ conuenit

quòd

quòd ignis perdominetur in prædicta substantia elementorum secundum suam mineram: cuius causam quæras in testamento nostro.

FINIS APERTORII.

INTENTIO SVMMARIA, QVAE ALITER DICITVR REPERTORIVM, VALDE vtilis ad intelligentiam Testamenti, Codicilli, & aliorum librorum Raymundi Lulli.

Qua nostra philosophica tribus naturis componitur B, E, & H. & aqua mineræ consimilis, in qua lapis noster dissoluitur, & in ipsa terminatur, dealbatur, & rubificatur: non enim operi coniungitur, nisi essentialiter humefaciendo partes lapidis re-

dis reſoluti, tanquam phlegma præſeruãs totum opus à combuſtione, induſtria artificis mediante: Veruntamen noueritis totam eius ſubſtantiam, ſcilicet phlegma in decoctione à toto compoſito ſeparari. Eſt enim phlegma noſtrum ſubſtantia media, & aqua Mercurij prima in qua principium lapidis eſt, ſcilicet diſſolutio eius, nec intrat cum eo, quamuis viſcera eius implentur naturæ ſenſu ablato, niſi tanquam phlegmatica humectans partes rerum, & non generans vel augens. Vnde radicales humores ſunt eſſentialis lapidis partes ſibi ipſis rebus imbibitæ, à quibus conſtant partes rerum duntaxat: per iſtud vtique augetur & nutritur quodcunque augetur & nutritur, per exuberationem illius humoris radicalis nutritur & augetur lapis noſter, de quo loquitur in ſuo Codicillo in cap. de Virtutibus & doctrina, quibus corrigitur error

&c. & de illius exuberatione loquitur in ſua practica. Eſt autem iſtud verè natura germinata, quæ quanto magis in ſuo vaſe per ignē exigentē ſuo phlegmate decoquitur, tāto eius magis inſita virtus cū ſingulis partibus amplius decoratur & aptior redditur, vt ex ipſa fructus multiplex generetur. Hoc enim dicitur natura, mediū et lapis, & Mercurius, arſenicum & ſpiritus ſubtilis, duabus participans extremitatibus, & ſulfur album et rubeū, ſtringens Mercuriū, & cōuertens ipſum in argentū melius quàm de minera. Phlegma enim, in quo decoquitur ſulfur noſtrū quod dicitur aurū, iſtud eſt, vt recipiatur ſpiritualiter aer humidus in Mercurij ſubſtātia, donec ipſius media pars in ſuā cōdenſetur actione caloris corporis mediante: namque corpus metallicum velut virtus agens operatur tanquam maſculus. Et iſtud ideo, quoniam de proprieta-

prietate ſui eſt, quòd calor ipſius in humido includitur aereo, qui quum intrat poros Mercurij frigidi, patitur & alteratur paulatim & paulatim: vt illud quod digeritur per calidum naturale, id reſoluatur in aquam per minima, quoniam de proprietate cuiuſlibet elementi eſt habere in ſe contrarietatem, & agere in ſuum contrarium: partes verò, quæ in aquam reſoluuntur, ſunt in forma argenti viui amalgamati cum corpore, qui reſolui nequeunt, niſi magis et magis ſubtilientur. Et ideo, ſi argenti viui volueris frigiditatē diſſoluere, magis ipſam coagulas. Calor corporis quidē digerit et reſoluit Mercuriū quantū deportatur in aquā cū ſuis partibus Mercurialibus diſſolutis: & ſic phlegma noſtrū ex tribus conſtat ſubſtantijs eſſentialibus, quæ quidē eſſentiæ elementorū ſic ligantur adinuicem, quòd plurimum vniuſcuiuſque cum plurimo alterius

terius est adiunctum qualitatibus ipsorum: vnde Alexander Peripateticus dicit, quòd commistio elementorum facit mirabilia: eò quòd elemẽta quosdam effectus melius operantur in misto quàm in simplici. Et illud ideo, quoniam in tali misto remanent propriæ essentiæ elementorũ, quæ sunt propriæ virtutes operatiuæ vt patet per aquam nostram Philosophicam, quæ dicitur Metallina, eò quòd ex solo genere metallico generatur. In hac enim aqua saluatur dispositio media, quæ est inter mollitiem & duritiem, mediante qua fit transitus à mollitie argenti viui ad duritiem metalli perfectissimam. Vnde nunquam fit transitus de extremo ad extremum, seu de contrario ad contrarium nisi per dispositionem determinatam, quæ participat de duobus contrarijs. Nec est ista dispositio essentialis, arg. vi. in sua natura, nec sulfur in sui substantia

ſtantia ſeu natura, ſed ſolùm pars illorũ: ex quorum alteratione partium eſſentialium ad terream ſubſtantiã mediã maniniter peruenerunt: ideóque fixationem quandam ſuſcipit tanquam ſpiritus fixionis pronus ad requiem, qui cùm fixatur, ſeparatur phlegma eius per deſiccationem à toto compoſito generato. Ad ſuſcipiendum ergo phlegma, condenſa aerem per calidum et ſiccum, & ſiccum rectifica per calidum et humidũ (inhumando) & habebis aerem in vaporem: quoniã aer ſpiritualiter intercipitur in auri materia, & aliorum miſtorum. Aqua verò noſtra compoſita poſt eius ſeparationẽ alembici eſt in colore clara ſicut aqua cõmunis, & in principio ſuæ ſeparationis per filtrũ, eſt in colore pallido, habens albedinem ſicut albedo palearũ tritici: cuius cauſa eſt digeſtio (ſeu concoctio) conuertens corpus ad citrinitatẽ. Et antequam

ſeparetur per filtrum, eſt nigra: cuius cauſa eſt corruptio terreſtreitatis corporis tenebroſi, lucidiores partes corporis detegens in forma corrupta, quamuis ita non ſit. Et poſt eius decoctionē cōpletam quæ fit per rarefactionem, eſt candida in occulto: qui quidem candor nil aliud eſt quàm ſpiritus à corpore reſolutus, deportatus in phlegmate ſuo. Phlegma verò variatur in colore, quotieſcunq; enim ſuū continens variatur, & toties phlegma, quoniam phlegma non variatur, niſi propter formā ſpiritus. Nam ſpiritus in aliqua decoctione variatur in colore, et certè etiam tenetur in pondere, & augmentatur in virtute & potentia. Quum verò terra imbibitur cū aqua poſt ſeparationē per filtrum, albeſcit materia nigra ſuper Porfidum: ſed ſtatim cū materia conuertitur, albedo occultatur in materia: et ita facit, donec virtus aquæ vincit virtutem terræ.

terræ. Attamen antequã ad eius terminũ verũ in colore terra peruenerit, multi, vel quaſi infiniti colores apparebunt, de quibus incertiſsimè ſciret aliquis dare intelligentiã. Facit enim terra in decoctione ſua cũ aqua ſua multas glanduloſitates ſiue gibboſitates ad modum ampullarũ, in quibus apparẽt omnes colores mundi ita reſplendentes, quòd rarò crederet quis, niſi qui videt & expertus eſt. Subſtantia verò huius aquæ eſt ſpiritus corporis lucidans atq; illuminãs, qui in radice naturæ metallo erat vnitus et coagulatus, nõ igne, ſed virtute mirabili: ſed dum coagulatus eſt, inuenitur participãs duabus extremitatibus, & eſt partim fixus, et partim volatilis: et ideo dicitur mediũ, in quo eſt virtus fixatiua, ſed dũ figitur, ſequitur propriã naturã metalli, eò quòd materia eſt natura metalli. Hoc enim vocatur ſulfur, et eſt liquor dulcis, ad modũ

ſpiritus in puluerẽ ſublimatus: nunquam enim poteſt creari liquabilitas in materia aliqua, niſi mediante iſto ſpiritu liquoroſo. Iſte enim ſpiritus generatur ex humore ſeminali duorum contrariorũ quoad caliditatem & frigiditatem, et vnius generis, quoad ſuam naturam, quorum vnus eſt Sol, & aliud argentum viuum in vno gradu, in alio verò gradu eſt Luna & argentũ viuum. Veruntamen hoc argentum vi. in certo gradu, quando cum Sole coniungitur, cùm non ſit argentũ vi. in natura ſua, quia alias fortiores vires acquiſiuit caliditatis. Argentum verò vi. tanquam materia patiens iungitur Soli: Sol verò tanquam agens. Non autem Sol iungitur arg. viuo, nec maſculus cum fœmella, nec è conuerſo: quoniã realiter natura media viui arg. dominatur in auri materia, et corrumpit ipſum, ac ſi ageret in ea ſicut maſculus. Non autẽ ſolùm corrumpit

rumpit ipſum, ſed vlterius ingreditur humiditatē fixam & calidā Solis, & cū ſuo iungitur ſpiritu, & hoc mediante illo, in quo deportatur vtriuſq; genus. Vnde Sol nō iungitur cū arg. vi. nec arg. vi. cū Sole, niſi per ſubſtantiam mediā. Nec vnū diligeret aliud, niſi per talē diſpoſitionē naturæ affinē, quorū ſubſtantia vna, ſcilicet argentū vi. ſupereminet ſubſtantiam Solis in quadrupla ſui parte, & Luna in dupla ſui parte, eò quòd frigidior Sole: quia magis vigent virtutes actiuæ in Sole quàm in Luna in principio confectionis lapidis. Veruntamen quantitas materiæ Solis non excedit precium in veritate vnius aurei. Plus autem excedit in valore materia Lunaris, eò quòd terreſtrioris naturæ & fragilioris virtutis eſt: Et ideo cum auri virtute confortatur, & ſine ipſo debilitatur. Nam Luna quamuis frigida ſit apud omnes in ſecun-

do, tamẽ eſt in tertio gradu: ſed nõ habet tantam virtutẽ quòd poſſit agere in materiam paſſiuam arg. vi. niſi ſuccurratur per materiã magis actiuam: et ideo terra ſulfuris præparatur cum arſenico noſtro, ſicut arſenicum cum ſulfure noſtro. (arſenicũ noſtrũ, terra Lunæ: ſulfur, terra auri) Sulfuris autem compoſitio eſt, quòd ſi decoquatur oleo ſuo (id eſt aere) cum modico fermenti infra octo dies reuertitur totum in puluerem rubicundiſſimum tingens argentum in aurum.

Vbi ſeruetur materia quæſita.

PRæparatio autem aquarum, & an debeat poni in opere, & quid de ipſis fieri debeat, iam enarratum eſt in libris Philoſophorum. Et iam dixi, quòd materia quæſita reſeruatur in humido balneo Mariæ, phlegmatico conſeruatiuo & putrefactiuo cum ſua ſpiſſitudine in furno ſecreto Philoſophorum.

Qualiter

Qualiter fiat diſtillatio.

DIſtillatio autem fit per venas vitri abſq; ſeparatione materialium: imo coniunctione in furno noſtro ſecreto eſt noſtra ſublimatio. Et iam de mediorum naturis eſt ſatis declaratum.

Quomodo corpora nutriantur.

CORpora autem non nutriuntur, ſed ſolum germen eorum in ſeipſis cum igne variæ decoctionis, circa quam eſt hîc aſpicienda practica. Nam & corpora non ſunt niſi germinis eorum pabula: quoniam hoc certũ eſt, quòd corpora mutantur, & alterantur, & reducuntur ad naturam germinis ſpiritualis: ipſum enim germen augmentatur congelando, & nutrit ſeipſum dilatando ſicut puer cum lacte virginis: ita quòd corpora tanquam fercula eius reſoluantur, & in ipſum connertuntur: ſic, quòd diſſolutio corporum fit, cùm ſpiritus

conge-

congelatur & nutritur. Et cõgelatio ſpiritus fit, cùm corpora diſſoluuntur, & in aliã naturã reducuntur. Et ita cõgelatio vnius nõ fit abſq; diſſolutiõe alterius, nec è cõuerſo. Et generatio formæ aduenientis non poteſt fieri abſq; corruptione præcedentis. Forma quidem corporũ propter formam ſpiritus aduenientem, & tota ſubſtantia corporis cedit in alimentum, & formam ſubſtantialem ſpiritus: ſic, quòd omnis ſolutio eſt mortifera (corpori) ſicut omnis congelatio viuificatiua, & cauſa vitæ propinquiſſima.

De forma vaſis, & qualis ſit.

FOrma vaſis quidẽ artificialis, in quo dictum opus perficitur, talis eſt qualis eſt forma vaſis naturalis cum ſuis longis venis, in quibus fit ſeparatio puri ab impuro: nec eſt alterius formæ, et eſt vnicum vas cum duabus cannis. Nam ad hoc præcipuè debemus naturam imitari.

Quando

Quando fiat fermentatio.

FErmentatio autem fit post originem infantis (id est post sublimationem sulfuris) vt sibi administretur optimum ferculum existens cum tota sui substantia, vt corpus debile magis ac magis sustentetur & reducatur ad naturam fortiorem. Nam fermentatio nil aliud est, quàm cibus Spiritualis conuertibilis in essentiam infantis: & vt totum efficiatur opus vnius naturæ, veruntamen in tali cibo præcedit ipsius præparatio. Nam hæc fermentatio cibalis, debet esse de sua propria natura, & sibi assimilanti, quoniam nisi assimilaretur ei, nunquam in eorũ naturam incorporaretur, vel conuerteretur in naturam sulfuris.

Quare fermentum præparatur.

PRæparatur quidem & subtiliatur vt puræ sit nutrimentalis conuersionis, & tunc talis est natura nostri lapidis,

lapidis, quòd est conseruatiuus & confortatiuus: quanto enim magis præparaueris fermentum, tanto magis habilius erit ad conuertendum & dirigendum.

Quot modis fiat præparatio fermenti.

FIt autem præparatio fermenti multis modis: vno modo per dissolutionem in aquam lapidis, & per reductionem. alio modo per calcinationem & lauationem cum arg. viuo, & eleuationem eius substantiæ mediæ: & deinde per dissolutionem in aquam lapidis & aquarum coniunctionem, & per istum modum est facilius conuersiuus: Alio modo per inceratione calcis, & dissolutionem eius: Alio etiam modo per vacuitatem suæ naturæ terrestris durę & compactæ: Lapis enim noster est sicut corpus simplex, quod recipit cuiscunque rei formam quæ sibi adiungatur.

Quomo-

Quomodo fiat coniunctio Solis & Lunæ.

CVm verò lapis ad album perficitur, fit coniunctio Solis & Lunæ, donec Sol traxerit Lunæ ſubſtantiam ad eius naturæ colorem: hoc verò fit cum igne lapidis: deinde continuetur, quouſque patiatur cum rebus ſui generis.

Quomodo medicina habeat ingreſſum.

MEdicinæ autem tam albæ quàm rubeæ cadere poſſunt et impreſſionem habere in omni quod ſibi per minima iungitur.

Ad dandum ingreſſionem medicinæ.

SI autem volueris facere proiectionem ſuper corpus, pone de eius ſpiritu in Elixir, & per tale artificium in illud habebit ingreſſum medicina: Et in hoc latet Practica apud plures.

FINIS REPERTORII.

RAYMVN-

RAYMVNDI LVLLI DOCTISSIMI ET CELEBERRIMI PHILOSOPHI ARS INTELLECTIVA

ſuper lapidem Philoſophorum.

Vnt plures nimis errantes per vniuerſum mundum deuiantes ab opere naturæ ex defectu ingenij, quia non philoſopharunt, nec intellexerunt cauſas, per quas procedunt effectus, quos natura demonſtrat omni bono intellectui: propterea nimis fuerunt excæcati in hoc, quod ſemper vident corporaliter: quare nimis ſunt decepti, quando nituntur cæcaliter velle aſſimilari naturæ, & ſuas ſecretas operationes conuecti mundanis operibus mechaniter. Dicemus tunc ſicut illi, qui propriè cognouerunt naturam, ſine qua opus noſtrum,

noſtrum, ſcilicet ſublimatio nunquam finietur, quia color eſt cauſa totius operis, qui bene percipit. Et eſt fons naturæ, qui imprimitur in re. Pauci ſunt qui ibi aliquid videant, & ibi eſt tritor, marmor, & mortarium, vbi natura mouet ſuam ſalſam nigram ſicut carbo: & ſeparat hoc, quod non eſt de eſſentia ſui compoſiti, & ligat ſuas ſimilitudinarias partes vniformiter, quam rem nunquã facit ignis cõmunis, qui ſublimat Mercurium vulgariter, nec talis præparatio eſt de ſuo eſſe, imo eſt ei omnino cõtraria, ſicut apparebit per hoc quod dicemus magiſtraliter per figuras extractas de noſtro intellectu, mediante ſpiritu agragrapho, ſine cuius virtute nõ poſſumus vnquã videre nec intelligere ſenſum naturæ, tãta eſt magna ſua vis, et virtus, et ſuum ſubtile ingeniũ, quòd de tribus cõponitur inuicem adiunctis infra ſuum retinaculum, quod eſt me-

moria: aliquorum vnitas fit in imaginatiua, & attractiua operatione, quando in ſuo retinaculo firmiter tenetur, tunc eſt formatum philoſophiæ inſtrumentũ, per virtutem totius eſſentialiter.

De materia medicinæ noſtræ, & quæres ſit.

PROpterea oportet, quòd tu cognoſcas materiam propriorem, de qua immediatè cõponitur noſtra medicina cum certa proprietate: habes etiam notabiliter intelligere poſt rationalem et naturalem conſiderationem, quòd materia non eſt niſi natura pura fini & puri metalli extracta per artem magiſterij, & per operationem naturalem in actionem manifeſtam de ſubſtantia ſubtili & pura argenti viui portata ad fixationem, & ad magnam claritatem per ingenium naturæ, & ſuorum propriorum modorum, & poſt reducti in ſpeciem volatilem, per virtutem ſuæ miſtionis cum ſubtili ſubſtantia

ſtantia materiæ ſulfuris fixi, clari, & lucidi: quæ eſt propriè calor naturalis ligata & coniuncta cum ſuo proprio ſubiecto radicaliter, quod eſt arg. viuum.

Doctrina intellectualis ſuper materiam & ſuam formam, & ſuper ſuam operationem.

PRimò habes ſcire & fortiter fixare in tua mente inſtrumentaliter, quòd cùm tua intẽtio ſit ad operandũ pro aliquo fine, & formare, & venire ad illum ad complendũ perfectionẽ tuæ intentionis, neceſſe eſt primitùs, quòd tu cognoſcas totaliter naturã dicti finis. Et hoc in forma, materia, & operatione priuſquam te intromittas aliquid facere, quia ſecundum intentionem finis cogniti operator naturalis habet conſequi neceſſariò ſuum deſiderium. Et ſic opus vix aliquid valet ſine materia intellecta, tam modicum, aut nil valet totum, ſi formæ ignorentur. Quia materia propriè

intellecta verificat operationem æquipollentem illi, & opus verificat materiam habenti clarum intellectum, mediante forma vnius & alterius. Quia materia non potest compleri ſine propria forma veniente à recta menſura naturæ in ſuis gradibus ſine operatione formali habita per ingenium artificij & intellectus, reſpectu paſſionis materiæ naturæ, & ſuæ propriæ formæ. Iſtam conſiderationem debes ſeruare inſtrumẽtaliter in duobus membris. Vnum eſt materiale, & aliud operatiuum, & quodlibet de ſuo paſſu æquipollet alteri ſicut res propria alteri: quia nulla materia poteſt perfectionari ſine proprietate operationis quæ eſt ei ſicut cauſa perfectiua. Et ideo debet opus eſſe propriũ, & in tali forma appropriatum, quod non tranſgrediatur proprietatem materiæ, quæ proprietas materialis eſt cognita per proprietatem ſuæ formæ,

formæ, & per ſuum effectum. Et quum iam dictum ſit, quòd materia non eſt niſi pura natura, & natura ad conſeruandum ſuam proprietatem indigeat opere naturæ, & non vulgarium, declaratur quæ ſunt principia proprij generis quæ reſpiciunt media, & fines, & per conſequens perfectionem, quæ eſt finis cauſæ, quem quæris, dum ipſas bene intelligas, quoniam per iſtas conſequitur perfectio quæ eſt finis cauſæ. Quum ſit verum, quod ſine propria materia non poſſumus habere medicinam perfectam, nec etiam illam ponere in fine ſine propria operatione, in tali forma, quòd proprietas operationis naturalis, æquipollet proprietati materiæ naturæ ſine tranſgrediendo totã latitudinẽ ſui proprij generis. Vnde nos dicimus tibi quòd quodlibet genus habet in ſe naturalem proprietatem ſecundũ ſuam propriã ſpeciem, &

per consequens genus quodlibet illorũ habet proprias operationes æquipollẽtes eorum proprietatibus secundũ eorũ exigentiam differentẽ vnam ab altera, et cõseruationẽ ſpecierum earũ propriarũ. Quare apparet, quòd ſi tu nõ intelligas materiã naturæ ipſius latitudinis, et operationem eius præciſe, nunquã poteris conſequi finẽ quem quæris. Audi quid dicat authoritas philoſophicalis, & nota eã, ſi vis quòd ad eam dimittam cũ integra doctrina. Opus eſt ei homini rationis volenti facere noſtrũ Elixir completũ, quòd primitùs habeat in intellectu ſuo veras et ꝓprias cauſas, et virtutes lapidum iſtius latitudinis per ſcientiã contrariam ſuæ corruptionis ignis conſumptiui omnino radicaliter humidi naturæ, quod eſt ipſius latitudinis per inſtrumentũ contrariũ, quod in chorda recta magnæ latitudinis, quæ ſunt magis per differentias contrarietatum,

ſecun-

ſecundum proprias formas mineralitatis, ſicut videre potes per præſentẽ figuram.

Latitudo diuerſarum ſpecierum extra metallum, argentum viuum, nitrum, ſal, ſulfur, vapor.

Latitudo ſpeciei metallicæ, Mercurius, Saturnus, Iupiter, Venus, Mars.

Latitudo vnius ſalis omniũ metallorũ. Cum inſtrumentis per reuerſionem appoſitionis materiæ puræ ſecundæ latitudinis cũ illa, quæ eſt in prima extra argentum viuum inuenies ſcientiam proprietatum, quæ fortiter contrariantur in ſpecie & forma numeralitatis. Et adhuc inuenies per primam latitudinem cum arg. vi. quæ eſt reſpiciendo formam et ſuam corruptionem per tranſmutationem ſpeciei in ſpeciem, quæ eſt alterius latitudinis, videlicet, tantùm vadit arando calor cõburens de materia in materiam, quòd illas vadit domando, donec argentũ vi. ſit

gelatum ſub proprietate ſpeciei metallorum per illum magnum tranſitum, quem ille facit cum argento viuo de medio in medium. Vnde omnia corpora creantur, ſicut potes ſentire per propriã eſſentiam corporis lucentis compoſiti de argento viuo per calorem cœleſtem, & non per terreſtrem: per iſtum modum intelliges proprietates materiæ, de qua indiges cũ ſignis cognitis et demonſtrationibus, quæ de ſua propria latitudine ſaltant. Et erit tibi manifeſtè declarata per clarum intellectum rectitudo virtuoſa operationis materiæ, naturæ iſtius latitudinis, quia virtuoſa rectitudo operationis procedit à perfecta cognitione. Et per hoc omnis Artiſta habet tam directè operari, quàm propriè cognoſcit, & nõ plus: ita quòd ſi nihil intelligat, nihil ſcit facere. Et ideo dico tibi, plenã cognitionem diſpoſitionis operis habere non potes, niſi

per

per consideratione illius, respectu sui perfecti finis, quoniam sicut effectus cognoscitur per causam, sic sua causa cognoscitur per effectum suum. Et hoc sit tibi canon directuum cognitionis naturalis, & per genus operationis naturalis, & regula propria dirigens intellectum operatoris naturalis, non solùm ad mensurandum transitus, id est temperamenti. Imo similis est regula directa ad mensurandum virtutes elementales, & similiter cœlestes, scilicet luciditates & præparationes naturæ, & proportionem mistionis substantialis in coniunctis essentijs elementatis, quæ constituunt temperamẽtum in re intemperata. Et sic hoc fuit declaratum in collectione causarum supradictarum, quod tibi primò necesse est intelligere, priusquam per scientiam possis operari, quia qui non habet causam, non potest habere effectum. Patet igitur ma-

nifeſtè, quòd ſcientiam intellectualem, priuſquā aliquid facias operis, te habere oportet, quia omnes Philoſophi ꝑ regula generali hoc dixerūt. Modus ergo ad ſciendū iſtud inſtrumentū, quod ſcientia intellectualis dicitur, in forma theoricali eſt iſte. Modus habēdi inſtrumentū intellectuale.

DIximus ſuprà in ſenſu philoſophali, quòd plena cognitio diſpoſitionis operis non poteſt haberi, niſi per comparationē ipſius ad ſuum perfectum finem, qui eſt extremitas vltima latitudinis operationis naturæ, per quam quilibet Artiſta debet perſcrutando applicare totum ſuum intellectum, ſicut apparere poteſt per iſtam figuram, quæ eſt operatiua perfectionis, & vocatur figura latitudinis, in qua includuntur extremitates et media, & perfectæ operatiões naturæ.

Per intellectum iſtius figuræ poteſt cognoſcere naturalis intellector per doctrinam

ſtrinam intellectualem, quomodo diuerſificatur in forma ad finem optatum conquirendū in operatione in tantum, quod incepit ad finem operationis naturæ.

Naturæ latitudo | *Finis intellectiuæ artis*
Calor in materia | *Latitudo, calor in materia*
Principium operis ſecundi | *Intellectus naturæ*
Latitudo, motus materiæ | *Latitudo, reſolutio mat.*
Principium philoſophandi per data à natura
Latitudo, miſtio materiæ.
Finis operis ſecundum intellectum
Latitudo, perfectio in natura.

Et hoc per hoc, quòd non poſſet habere inſtrumentum originale habendi notitiam deſcendendi ad ſuam cauſam in vera intentione, quæ deſcenſio fit ab anteceſsiua graduatione refluendo de gradu in gradum vſque ad ſuum finem, quæ eſt principium materiæ & operationis, per quem effectus demonſtratur, nec alias niſi per effectum deſcendentem à cauſa. Quoniam natura nobis monſtrauit

finem

finem cauſæ, ſicut per Solem, & alia quæ ipſa creauit, quæ ſunt effectus & terminationes cauſarum, ſecundum meritum ſuæ latitudinis, immediatè intellectus cõſiderat, & inueſtigat primò cauſam præcedentem & immediatam illius, de qua & per quam ſucceſsiuè cadunt ſine alio medio. Et ita de medio in medium cum reſolutione graduata, et cum inſtrumẽto præmiſo, quod excitat intellectum non tranſcendi vltimam iſtam latitudinem, donec ſit ad finẽ ſuum, quæ eſt principium materiæ & operis, vt ſuprà dictum eſt, & principium latitudinis reſpectu materiæ & operis, & finis dictæ latitudinis reſpectu habendi propriã notitiam doctrinæ intellectualis, ad ſatisfaciendum operibus naturæ. Et quando per talem inueſtigationem intellectus inuenit per inſtrumentum demonſtratiuum accommodatum corruptioni, quæ corruptio firmat

& raborat intellectum in actualitate, per vera & infallibilia signa, quæ falli non possunt per causas desideratas, tunc veniunt effectus. Totum hoc rotatur & vertitur simul per rotam circulatam, quia sic transit medium sicut principium, & etiam principium sicut finis. Tunc scit principia per causas cognitas, de quibus postea potest homo operari, qui hoc cognoscit, & conquirere effectum suæ causæ, quæ est suæ naturæ verum priucipium & operatio naturalis, & ita declaratur modus, quomodo habemus notitiã per artem intellectiuam, per proprium instrumentum, non tantummodo de principijs, scilicet materiali operatiuo naturæ, sed de tota ista latitudine includiuè sine transgrediendo illam, cuius inuestigationis nobis pateret demonstratio, sicut patet per hoc, quod dictũ est suprà, quòd opus naturæ nõ transit de extremo in extremum,

nisi

niſi per media, nec per conſequens opus cum intentione, niſi per ſucceſſionem operationis. Et, vt ſit verum immediatè, demonſtratur per formam intellectualem et intellectiuam, quæ figuratur ab operatiua vniuerſaliter. Per iſtam figuram demonſtratur quomodo intellectus inueſtigat ſpiritualiter, quod natura monſtrat corporaliter, & in quo loco incipit perſcrutatio ad intelligẽdum eſſentiam operationis, vnde nos docuerunt omnes Philoſophi per magnum excitamentum.

Figura intellectualis.

Principium inueſtigationis	*Finis inueſtigationis*
Miſtio in igne	*Reſolutio in aere*
Perfectio in auro.	*Vniformitas in auro*
Motus in vapore	*Calor in aqua.*

Aurum in loco inſtrumenti finalis, & perfectionis quod creatum eſt per naturam exemplariter: quum ergo aurum, quod eſt nobilior lapis omnium precioſorum ſit finis, & perfectio operis naturæ

per

per ſuum complementum in latitudine mineralitatis, citò venit actio intelligentiæ perſcrutando per ſcientiam propinquam ſenſibilitati cauſæ immediatæ, quæ præcedens eſt iſtius perfectionis. Et ſic dat nobis intelligere ſenſus ſenſibilitatis per directum ſignum tam in materia, quàm in operatione. Et ſcito quòd in perſcrutatione incipit moueri ſpiritus rationis, qui rectum eſt inſtrumentum noſtri intellectus, citò facit videre vniformitatem, quæ propria cauſa perfectionis ſuæ, ſcilicet auri, ſicut ipſa confirmat per proprios effectus ſuarum experientiarum. Vnde exemplum contrarium viuè demonſtrat per verba, vel loquelas viceuerſaliter, quòd materia contraria vniformitati eſt cauſa quæ reſiſtit ſuæ perfectioni. Ergo materia difformis non eſt tam completa inquantum contradicit cauſæ, quæ eſt propria perfectionis:

ctionis: quoniam de ſuo vero contrario, quod eſt vniformitas, eſt propriè cauſata. Et ſicut vera vnitas eſt cauſa immediata magnæ perfectionis, ſic ſucceſsiuè per retrogradationem vides noſtrum ſpiritum eſſe veram miſtionem, quæ eſt antecedens & cauſa immediata vniformitatis. Ergo tu potes bene cognoſcere magiſtraliter, ſi in te eſt ſpiritus agiographus, quòd ſecundum naturam præcedentem generis veniet ſuus ſuccedens per directã homogeneitatẽ. Et poſtquam miſtio cauſatur de vnitate, ſic ſolutio eſt vera cauſa propriæ miſtionis: quæ ſolutio eſt magnum principale, perfectum & ſecretum coniunctiuum in omni natura de pluribus in vnitate. Et ſic maioratur quando eſt paulatiuè ſubtiliata & minuta. Et quum talis ſolutio ſit cauſa miſtionis, ſic motus ſubtilis æqualis ſolutionis. Quare ſi motus ſit nimis fortis, æqualis ſubtilitas diſcor-

discordatur, quæ est causa notabilis resolutionis, sicut motus continuus subtilis, et bene continuatus, est causa in sua materia subtilis motus: Et ita reperit noster intellectus medium & principium operis naturæ per rationem finis philosophicaliter.

Cognitio rationis factæ per reuolutionem contrariorum inueniendo practicam respectu naturæ.

SI ergo calor, de quo causatur prima actio operis naturæ, est subtiliter temperatus & bene continuatus sine additione aut diminutione, sed secundum quod intellectum est intendendo ad aspectum naturæ: motus illius, qui est sua actio per suam vniformitatē nobilitatur. Et postquam iste motus sic erit sublimatus, nunquam videbis resolutionem exaltatam. Et si solutio est sic appropriatata, mistio inde saltabit, quæ est fortiter illuminata.

Et ſi miſtio eſt in tali forma facta, cauſabit vnitatẽ, quæ eſt natura mouens, cuius proprietas cauſat perfectionem, quæ eſt finis & concluſio operationis. Quare patet, quòd quum omnes iſtæ perfectiones deſcendant à calore temperato, quæ eſt prima operatio, reſpectu ſubtilis vniformitatis materiæ naturæ, quæ eſt ſpiritualis, cuius actio refluit & reſpicit ſuos fines, & in quantum elongatur ab actione prædicta, ſcilicet à motu ſubtili, in tantum ſuccedentia erunt diminuta à facto completo: & in quantum primi motus ſubtiles erunt meliores, in tantum meliorabuntur ſuccedentes voluntati naturæ. Si bene intelligis naturam, bene intelliges ſuas operationes, quia ei aſſimilantur per vniformitatem. Fili, natura eſt vna fortis compoſitio de materia ſubtili & vniformis, humida & viſcoſa, animata calore per ſuam claritatem, quæ eſt virtus

tus cœleſtis, quæ natura non indiget compoſitione vel multiplicatione alicuius alterius materiæ, quia ipſa continet in ſua compoſitione totum illud quod indiget de quatuor elementis in ſua perfectione, & extra ipſam nihil continetur quod ſit neceſſarium ſuo compoſito: quare, ſi aliam rem ibi imponas, tu non cognoſcis naturam, nec vnquam habebis perfectionem ſuæ operationis. Et ſi eam cognoſcis, tu ſcies omnia ſua opera, quia quum noſtra medicina debeat fieri de pura natura, & natura pura non ſit alia res, niſi talis compoſitio, quam ſuprà diximus, neceſſaria res eſt, quòd vnitas ſuæ operationis æquipolleat vniformitati ſuæ compoſitionis. Et ſic potes intelligere, quòd opera noſtræ medicinæ, quæ ipſa facit dum fuerit excitata per calorem extrinſecum, non ſunt niſi opera naturæ, quum dicta medicina ſit de iſtamet na-

tura, quæ non eſt aliud niſi vera compoſitio puriſſimæ naturæ. Et hoc ſcimus per ſenſum experientiæ, quem nobis in ſua ſublimatione demonſtrat, quia omne illud quod non eſt de eſſentia ſui compoſiti ſegregat & ſeparat, ſicut pertinet per ſuas partes puras ſplendidè cœleſtes ſe demonſtrando ſine macula profaciendo congelamẽtum, quod eſt in igne permanens: Sic oſtenſum eſt, quòd non indiget aliqua alia natura, vt veniat ad finem ſuæ perfectionis. Et poſtquam intellectus comprehendit cauſas & opera media: & viſis omnibus illis, ſcilicet principijs et fine, non poteſt eſſe quòd homo poſſit errare, poſtquam habet principium bene continuandi ignem: idcirco omnes operationes ſuperiùs declaratæ per hoc quod ſequitur, ponuntur rei petitæ: Non quòd intelligas, quòd ſolutio facta per diuiſionem & per attractionem ſit per ignem communem

munem causata in natura per generationem vel renouationem individuorum in similitudine suæ speciei, imò propriè causatur immediatè per calorem confortatum, qui in natura propinquè & intrinsecè illuminatur claritate cœlesti excitata, & non adhuc per calorem communem immediatè, sed per virtutem modus causarum mobilium, mouentium & motorum, in tantum quantum natura requirit, quia motus est causa excitationis caloris naturæ, qui calor prouenit ab igne qui est fortior elementorum existentium in compositione naturæ. Præterea potes intelligere, quòd ignis existens in compositione naturæ, est quarta pars naturæ, & alia pars quarta est aqua, alia terra, & alia aer: tali modo, quòd debes intelligere, quòd quodlibet illorum quatuor elementorum elementatur magna puritate. Et ita de quatuor naturis puris

est illa composita per talem proportionem, quam requirit forma & species nostri argenti viui, quod est natura composita de quatuor sine transgressu mensuræ æqualitatis, per quam resultat nobilis proprietas quam custodire debes ab omni igne combustibili. Quoniam si aliquid prædictorum elementorum, & maximè ignis dissoluatur & separetur à composito naturæ per aliquem ignem extraneum, forma corrumperetur cum suis proprietatibus. Sic etiam fiet, si ei admiscеas terram naturæ extraneæ, quia sua terra est ei proportionalis æqualitati aquæ, aeris & ignis: & aer commensuratur ei æqualitati aquæ, ignis & terræ: & ignis similiter ei proportionatur æqualitati aquæ, aeris & terræ. Quare necessarium est, quòd vnum non resoluatur sine alio. Et hoc sine adunctione rei alterius

terius naturæ: intellige ergo principium noſtræ reſolutionis factæ ſuæ merito compoſitionis, & non diſlocationis ſcilicet elementariæ, ſicut fit reſolutio ſophiſtica in aqua communi, ſeu vulgari: quæ reſolutio oſtendit ſeparationem ſicci & humidi, quæ natura elegit per comparationem, & per conſequens demonſtrat deſtructionem formæ per motum rerum elementarium motarum & mouentium, quæ ſunt in ſupradicta compoſitione naturali, quia motus rerum mobilium exiſtentium in compoſito, eſt cauſa excitationis caloris naturalis in rebus corruptibilibus & generalibus ſine inflammatione, vel ſine cõſumptione humidi radicalis. Tamen motor cauſarum mobilium qui eſt in compoſitione elementaria ſecundum plus aut minus cauſatur immediatè per calorem extrinſecum proportionatũ æqualitati motus omnium

nium illorum elementorum, ne vnum resolvatur sine alio ad conseruandū suam speciem, quæ est de omnibus suis elementis in forma argenti viui, & talis calor est informatiuus toto composito. Sic intellige de fixo & non fixo, donec se inuicem amplexentur, quoniam volatiuum non portat in ipso causam exterminationis, per quam possit diuidi in partes compositas, imo totaliter volat, aut totaliter manet sine aliqua resolutione elementaria, sicut patet per suam formam, quia si ignis separaretur ab humido, forma corrumperetur, quæ est certa elementaria proportio: ita, quòd nullum elementorum suorum separaretur ab alijs in eorū perfectis resolutionibus sub conseruatione speciei in forma argenti viui: Quare recolligendo omnes causas, potes cognoscere, quòd secundum quod ignis communis bene fuerit informatus per sapientem

pientem intellectorē ad exigentiam pro-
priæ naturæ, cauſabitur fortiter & ple-
nitudinariè ſuus motus, qui eſt excitatio
& propriè directio ignis in natura exi-
ſtentis: & ſecundum quod calor naturalis
fuerit à dicto motu excitatus per omnia
ſua elementa cum omnibus ſuis motibus,
quæ debes fixare in tuo intellectu, quia
ſubiecta ſunt hoc modo, quod gentes igno
rant. Ergo quū motus ſit cauſa caloris in
cauſis naturæ generat de illis & pullulat
feruorem, quando calor extenditur, qui
eſt de propria eſſentia materiali naturæ,
ſicut dictum eſt ſuprà ad cauſandum fer-
uorē, quem cauſat per digeſtionē magnā
ſine hoc, quòd partes cempoſiti naturæ
aliud mundi ſentiāt, aut nō ſentiant. Quo-
niam ſi perditionē haberent ſentire in eo-
rum mutatione, forma cōpoſiti corrum-
peretur. Ideo inſpicias ad ignem, quando
eum facies ne ſit nimis fortis, & non

tranſeas metas verorum motuum exiſtentium in informatione ignis noſtri ſecreti (ſcilicet furni ſecreti) quia motus nimis ſubitaneus nimis inimicatur naturæ, vt patet per rubedinem viſam ante ſuum terminum, qui iam declaratus eſt. Iſte eſt qui diſſoluit & reſoluit partes ſuas exiſtentes de eſſentia puræ naturæ, & per vinculum amoris dulciter eas amplexatur, & alias effugat ſine cremabilitate, quia non ſunt de genere ſui compoſiti. Et per iſtas cauſas potes ſatis percipere, notare & intelligere, quòd ſi ignis eſt nimis fortis vel acutus motus ſpirituum fortiter decipietur. Et ſi fuerit nimis fortis calor naturalis non reſolutus ſentiens ignem pungentem nitetur ſeruare partes ſui cõpoſiti ſine reſolutione nunquam facienda, quoniam viles partes cum puris in proprio Mercurio obuiabit ignis naturalis fortiter defendens, & omne reſolutum

tum in ſpiritū ſentiens ignē ſupradictum non intendit vnquā operari ad corruptionē generationis, imo fit cū corruptione deſtructionis, per quam actus et renouatio ſpecierum manet corruptus per ſubitum actū ignis ardentis cōburentis cauſam fixam, ſcilicet thelon, qui prius demonſtratur ſine reſolutione, eò quòd ſpiritus recedit, qui deberet diſſoluere eum, et defendere contra magnū Draconem totū deuorantem. Ideo cognoſcas & directè ſcias, quòd quum volatile nō ſit de ſe fixum, nō poteſt expectare ignē intrantem in materiā per extraneū motum, nec cū ſua cauſa fixa cōſequenter poteſt eſſe fixum, quum habeat fugere. Quæ fixatio indiget fieri de materia tenui tam ignis quàm materiæ eſſentialiter. Et ſic debes intelligere calorē naturæ venientē à motu veniente de calore cōmuni (vel contrarij) vt videre potes per præſentē figuram practicaliter.

Figura

Figura practicalis operis naturæ.

Initium	*Calor*	*Resolutio*
motus	*Resolutio*	———
———	*subtilis*	*Individualis*
Mistio	*Perfectio*	*Finis operis*
Calor	*Motus*	*Calor*
subtilis	*subtilis*	*naturalis.*

Recapitulatio artis intellectualis cum diuisione suorum membrorum.

SI cupis habere & consequi perfectionem, quæ est perfectio operis & totius istius artis, oportet sapienter considerare primò naturam & formam, per quas materia portata est ad perfectionẽ: & quum hoc sit necessarium scire in causa petita & requisita, quæ superat totum naturæ cursum, nec eam possis habere, nec realiter possidere in forma aut materia sine operatione: tamẽ ipsam potes scire & satis bene intelligere per virtutem spiritus agiographi recurrendo fini naturæ, qui portant suam materiam ad perfectionem auream, per certas experientias

tias demonſtratiuas regulatas à doctri-na intellectuali acquiſita per dictam vir-tutem. Quoniam talis doctrina facit vi-dere cauſas inuiſibiles per ſenſibilitatem, & hoc ſecundum quod magis aut minus eſt regulatum, tam per ſenſum rationis, quàm per inſtrumentum demonſtrati-uum cognitæ experientiæ ſuper materiã naturæ, per talem intellectum ſic acqui-ſitum poteris habere totam ſciẽtiam ope-rationis naturæ iſtius latitudinis. Quare per talem ſcientiam poteris in poſteris multum bene te cuſtodire & dirigere, vel dirigi per inſtrumenta demõſtratiua, quæ habebis in mente tua in omni opere artis cum paruo adiutorio. Modus recur-rendi ad opus naturæ eſt duplex: Primus eſt, quòd tu habes cõſiderare compoſitio-nem auri, quòd natura creauit tam in for-ma & in materia, quàm in perfectione. Et hoc fiat, vt quando habebis notitiam

dictæ

dictæ compoſitionis poſsis aſsimilari naturæ, & ipſam ſequi in quantum poſsibile eſt ſine tranſgrediendo latitudinem, quando eris in noſtro magiſterio. Secundus eſt, quòd habeas perſcrutari compoſitionem aliorum metallorum, & cauſas eorum tam in forma, quàm in materia conuenienti, & nihilominus mouenti quantum ad operationem, quæ perſcrutatio completur per differentiam contrarietatis ſicut demonſtratur per propriam naturam eorum remotam à perfectione omni homini clarè intuenti. Iſte modus datus eſt ad cognoſcendum euitationem erroris in operibus artis, ſed primus in quantum eſt perfectiuus, datus eſt ad bene intelligendum, cognoſcendum, ſciendum & continuandum opus philoſophale reſpectu perfectionis naturæ, & ad ſupplendum & corrigendum cauſas erratas per caſum

fortu-

fortunæ. Vnde dicimus post patres nostros, quòd nisi cognoscas corpora omnium metallorum cum natura principiorum illorum tam occultè quàm manifestè, & nisi hæc scieris, nunquam scies causam, quæ est superans in superatis, nec quæ est diminuens in diminutis. Et qui per istum modum non procedit inuestigare causas naturæ, nunquam erit in suo processu verus philosophus, imo potius constringet eum vtilitas ignorantiæ per causam necessariam ignoratam per obfuscationem & tenebrositatem magnæ confusionis, nec vnquam poterit peruenire ad perfectionē transmutationis prædictorum metallorum. Forma igitur artis intellectiuæ ad habendum notitiam per veram doctrinam de supradictis, est perscrutandi per directum instrumētum naturam causarum, de quibus dicta corpora immediatè & gradualiter descendunt

dunt vſque ad eorum principium, quod dicitur prima materia compoſitionis eorum in natura radicata: Et eſt primus gradus & principium iſtius latitudinis. Et ſecundum quod tu cognoſcis gradus, ſucceſſiuè tu debes intelligere ſine tranſgreſſu naturæ eorum actiones æquipollentes caloris eorum informatiuorũ continuè, quia omnes æquipollent vna alteri tali modo, quòd natura cuiuſcunque gradus requirit actionẽ propriæ proprietati ſuæ tolerabilitatis. Et ſic quũ tu habueris notitiam ſupradictam per inueſtigationẽ propriã artis intellectiuæ ſine transgreſſione metarum rationis cooperantis ſub iſtis inſtrumentis demonſtratiuis (vel diuinis) quæ regulant ſenſum & totum intellectum, per quæ erunt eorũ cauſæ patefactæ & demonſtratæ per realem cognitionem, quæ cognitio eſt directè nota per proprietates graduum, quæ ſunt in

ſcala

ſcala philoſophali, ſcilicet per doctri-nam mediorum eorum, & eorum pro-priorum extremorum ſicut immediatè dependent ab eorum propinquis naturis, vt ſuprà dictum eſt, & ſatis demonſtra-tum per figuram perfectionis intellecti-uam, & per figuram operatiuam perfe-ctionis, per quas poteſt haberi cognitio intellectiua naturæ omnium corporum diminutorum à perfectione per inſtru-mentum contrarium reſpectum haben-tem in oppoſitum dictæ figuræ intelle-ctiuæ, quæ eſt perfectionis, vel ſuorum inſtrumentorum perfectiuorum, quæ per rationē elongantur ab eorum cauſa con-traria, ſicut apparere poteſt per præſen-tem figuram, quæ eſt perfectiua & im-perfectiua ad finem, quòd tu intendas & videas defectus eorum per contraria vincula formata cum differentijs.

Corruptio	Perfectio figura	Vniformitas perfectiuorum
Miſtio	Confuſio figura	Diſformitas perfectiuorum.

Per hanc figuram patet, quòd diſformitas eſt inſtrumentum contrarium vniformitati, & quantum plus eſt ſibi contrarium, tantum elongatur à perfectione, & magis participat imperfectionem, quæ eſt corruptio & inſtrumentum contrarium perfectioni, quoniam omnis cauſa demonſtrat ſuum effectum magis propinquum ſecundum proprietatem ſuæ naturæ & concordantiæ, vel contrarietatem per alias differentias cauſatas ſecundum plus vel minus: quare quum natura ſua ſit diſformis, vult et requirit ſua improprietas imperfecta per poteſtatem ſuæ naturæ ſcilicet imperfectã, quòd materia ſua perueniat in cauſam imperfectam. Verumtamen debet intelligere hoc

eſſe

esse ex parte fragilitatis naturæ, & non ex parte formæ proprietariæ, sed per formam cognoscitur perfectio vel imperfectio materiæ in quantũ forma recipit determinationẽ suæ materiæ: quoniam sicut eam recipit, ita eam demonstrat, et per illa intrauit instrumentaliter sua materia in esse perfecto vel imperfecto: Quare cõcluditur, quòd si tu cognoscis naturam formæ, iam verò cognosces meritũ materiæ, si sit perfectionis vel imperfectionis: Ergo considera formam respectu materiæ, quia forma, de qua fit mentio proprietas, est summum instrumentum, & per hoc instrumentũ potes acquirere multas artes reales, quæ secretæ & occultatæ sunt in natura: & in quantũ difformitas elongatur à perfectione, & appropinquat in perfectionem, in tantum potest sentire tuus spiritus, quòd summa vniformitas appropinquat magnæ perfectioni, et elõgatur à

magna corruptione, et tanquam confusæ appropinquatur difformitati, & ab vniformitate elongatur: sic mistio appropinquatur vniformitati, & elongatur à magna difformitate per virtutem proprietatis auri causatæ à perfectione. Sed quum omnes causæ cognoscantur per radicem suæ formæ, & sine ipsa cognosci non possunt, ideo loco exempli in capitulo sequenti dicemus, quid sit forma.

De forma & eius consequentia.

TV primò debes intelligere & realiter notare leuando spiritum per sublimationem habendo intellectum, quòd quum velis habere realem perfectionem, oportet te euitare omnes casus, qui sunt contra naturam, & eligere, ac accipere omnes naturales, de quibus prima hæc est præcessiua, quæ est perfectionis & materiæ verè vnitæ, vel vnitatis quatuor elementorum, quæ dicuntur argentum

gentum viuum cum proportione formali, quæ est ſpecies realis cum forma Mercurij, per quam reſultat magna proprietas, quæ perficit eum in eſſe naturali, & in ſpecie communi nobili & generali, per quam conſeruantur ab eorum corruptione omnia ſeptem metalla. Quapropter ſi vis ſcire inſtrumẽta huius nobilis ſpeciei, ipſa ſunt omnia cõplexionalia, quorum in generali eſt propria operatio per nobile inſtrumentum vi proportionis in eſſe naturali iſtius latitudinis, hoc eſt dicere ſecundũ ſuam ſpeciem, in qua propriè omnia cõtinentur. Quapropter ſi hæc ſpecies deſtruatur, vt patet in reſolutione Sophiſticorũ, qui nituntur diſſoluere in aquam nubium deſtruentem naturam, & totam ſuam compoſitionem, forma corrumpitur, & ſua proprietas, & diſſoluitur vera virtus in alia latitudine, & omne illud, quod in eis continetur, ſicut nobis de-

monſtrant inſtrumenta magnæ latitudinis, quæ eſt ſuperiùs deſcripta. Vnde dicimus, quòd in ſequẽdo filios doctrinæ, quomodo debeat fieri diſſolutio indiuiduorũ, ſcilicet, quòd fiat ſub conſeruatione earum ſpecierum, in qua & per quam conſeruatur nobilis proprietas, quæ facit ligamentum & vnionem rerum miſcibilium per amorem aſſimilantem eorũ proprietati, quæ iam alterata ſunt ſub cõſeruatione earum propriarum formarum. Vis adhuc ſcire plus, quæ ſit virtus formæ? Eſt illa, per quam materia eſt contenta, ſicut res diuina & digna, nõ quòd forma virtuoſa contineatur per materiam, quia in natura non eſt deſiderata materialis forma, quum de ea non indigeat in eſſe diuino vel diuinali, ſed tantummodo ad eſſe diuidui: quapropter indiuidualitas prouenit à proprietate materiæ, quæ deſiderat perfectionem, ſicut

cauſa

cauſa imperfecta. Et à proprietate formæ venit dignitas diuinalis, quæ eſt cauſa perfecta, & perfectio nata dictæ materiæ in eſſe completo ſecundū quod ſummus dedit naturæ iſtius latitudinis. Propterea tibi demonſtratum eſt, quòd materia corrumpi habet ſub ſua forma prima ſcilicet aurea, & gubernari & regi ſub ſua poteſtate, quia ſic ſe habet, quod dat pro reſtauratione ſuæ materiæ propriam ſpeciem, ideo conſequitur formam, quæ portat eum ad perfectionem: propterea ſulfur noſtrum quod fit, nō eſt aliud quàm argentū viuum, in quo eſt forma continens materiam totius de quo indiges. Si hoc potes intelligere per magnam realitatem, tu intelliges omnes alias cauſas per naturā factas ſub conſeruatione earum ſpecierum in corruptione indiuiduorum: Ideo cuſtodias ſpiritum, ne euolet in corruptione aut reſolutione

ſuæ propriæ materiæ cum omnibus ſuis elementis, quia ille eſt qui reformat aut reſtaurat vitam euntem contra mortem omnino rem deſtruentem, niſi forma ſua eam cuſtodiat per ſuam perfectionem.

De materia & eius diuerſitate.

DIctum eſt ſuperiùs & realiter demonſtratum, quòd vniformitas in materia eſt cauſa immediata magnæ perfectionis, & diuerſitas in ſubſtantia, eſt cauſa corruptionis. Per iſta duo contraria inſtrumenta demonſtrantur opera ſulfuris & argenti viui omni filio doctrinæ ſcire volenti naturam corporum attingentem perfectioni vel imperfectioni, per quæ manifeſtè cognouimus opera ſulfuris & argenti viui media ſiue inſtrumenta claræ experientiæ, quæ vidimus per regimẽ earum fixationum, quoniam quum ſit res notabilis, quòd ſulfur non poſſit fixari ſine euolatione, niſi prius cal-

cine,

cinetur, illud calcinabimus, & inueniemus in calcinatione, quòd tota ſua humiditas radicalis exterminabitur, ita, quòd in fine per nullum artificium fundere nō potuit, quamuis per imbibitionē ſuæ terræ cum ſecundo ſuo ſpiritu non fixo inflammabili habuiſſet aliquoties fundere per virtutem ſui ſpiritus motiui imbibiti in partibus ſuæ terræ cū magna ignitione. Sed in fine, quum nō fuiſſet fixum omni tempore in ſua operatione portabat nigredinem vel cremabilitatem per exaltationem & reſolutionem ſuæ ſubſtantiæ nō fixæ & inflammabilis. Et hoc tibi demonſtrat natura cupri, ſi ſuas cauſas ſcis inueſtigare. Adhuc quum fixamus iſtam ſecundam ſubſtantiam, videmus humiditatem illius radicalē totaliter exterminari & falli in flammam in ſua calcinatione, & in ſubſtantiam terreſtrem realiter reuerti ſine aliqua fuſione, nec ſine

qualicunque ingreſſu. Et hæc experientia ſatis tibi monſtrat naturã ferri, quia cognoſcimus quòd portat ſulfur fixum, cuius proprietas eſt non poſſe fundi ratione exterminationis ſuæ humiditatis, nec ſua humiditas non fixa poteſt eum in confuſione ſeruare, quin debeat cremari vſque ad finem ſuæ exterminationis in terram turbatiuam omnino effectiuam contrarietatis, quæ eſt inſtrumentum oppoſitum, & contrarium vniformitati. Vnde nos concludimus, quòd proprietas ſulfuris eſt confuſio in ſubſtantia, quæ confuſio eſt contra veram miſtionem: & adhuc magis habet proprietatem ſulfuris difformitas in ſubſtantia, quæ eſt contra vniformitatem, & non tantum non portat corruptionem in ſe ipſo, ſed in omni alio, quæ eſt perfectionis. Quare declatum eſt, quòd tenet ambiendo & amplexando omnes operationes, quæ ſunt

contra

contra naturam, & quæ ſunt corruptionis. Totum contrarium iſtius videmus in fixatione arg. viui, quod fixauimus duobus modis ſine exterminatione ſuæ radicalis humiditatis: Primò fixauimus eum per conſeruationem ſuæ innatæ humiditatis cõplexionatæ in ſua propria terra, in proprio igne per moram temporis, vel per cautelam bene conſeruatam: deinde fixauimus eum cum feſtinatione ad videndum exterminationem ſui humidi in terram & ad tentandum ſuæ fixationis virtutem per præcipitationem, quod reuertitur in terrã ponderoſam mortuam ſine viua luciditate, ſed poſtea per ſublimationem ſucceſſiuam dictæ terræ fixæ viſcoſæ, & denſæ in radice ſuæ naturæ cũ vita imbibitionis et miſtionis ſuæ ſecũdæ ſubſtantiæ nõ inflammabilis, inexterminabilis, vidimus quòd fuit fixũ, et in veram fuſionẽ conuerſum, et pugnam ignis ſuperauit

rauit in eo quieſcendo ſine operatione: Et hic modus paſſus eſt ignitionem, & primus eſt ſine ignitione. Intellige ſecundum gradus medicinales, & non corporales, quia ignitiões medicinales ſunt ſine ignitionibus corparalibus, & cum ignitionibus corporalibus: Et ſic declaratur, quòd argentũ viuum eſt ſufficiens dandæ perfectioni cuilibet gradui, ſcilicet, aut cum ignitione, vel ſine ignitione. Vnde potes intelligere, quòd ſubſtantia argenti viui fixa eſt cauſa retardationis ſuæ fuſionis. Sed ſubſtantia fixa cum volatili per vniformitatem, eſt cauſa fuſionis ſine ignitione. Cauſa perfectionis iſtarũ fixionum ſunt proprietates argenti viui, de quibus prima eſt viſcoſa in ſubſtantia ſubtili ſine ſeparatione: Et per hunc intellectum dimiſerunt Philoſophi in ſcriptis ad finem, quòd filij doctrinæ habuiſſent perſcrutari dictam compoſitionem lapidis in forma,

ma, quia argentũ viuum per nullas cauſas exterminationis ſe in partes diuidi permittit, quia aut cum tota ſubſtantia ſua ab igne recedit, aut cum tota ſua ſubſtantia in igne remanet ſtans: & hoc eſt notum in præcedentibus. Et ideo tibi datum eſt intelligere, quòd quum tu fixas vnum elementorum, tu fixas omnia alia cum tali proportione, qualem natura requirit, vt ſuprà diximus: Vnde reſultat forma, per quã omnes ſapiẽtes dixerunt, quòd cum rota circulari lapis debet fieri de omnibus ſuis elementis. Alia proprietas eſt denſitas in ſubſtantia ſubtili adhærenti humiditati radicali ſine terminatione cremabilitatis, & per iſtam cauſam fixatur ſine conſumptione ſuæ humiditatis, ſcilicet proportionabilis ad formam, & accipit requiem in igne ratione ſuæ magnæ denſitatis, & ſui nobilis ponderis. Alia proprietas eſt cõpoſitio fortis

& vniformis à natura, et per hoc non dimittit se in suis operibus separari, nec dividi per partes, sicut facit sulfur, quin indigeat per suam proprietatẽ, aut totaliter exhalare, aut totaliter manere: quum sit substantia exceptiua totius operationis, & per consequẽs totius combustionis, quam ignis non potest superare, imo superatur. Quare quum aliæ res sint combustibiles, & in fine exterminẽtur, et in flammam deficiant dempto arg. viuo per suas proprietates, quæ sunt causæ naturales perfectionis. Quum ergo arg. viuũ sit de substantia vniformi: est igitur manifestum, quòd ipse est causa magnæ perfectionis, quam vniformitatem sequimur assimilando suæ naturæ per commistionem sui sulfuris factam in loco decoctionis naturalis. Si ergo argentum viuum ratione suæ vniformitatis est causa perfectionis, sulfur per suam difformitatem est causa corru-

corruptionis in omnibus proprietatibus, & ſic in omni genere caloris ſicut oſtenſum eſt per rotam ſimientem metallorum imperfectorum, cuius contrarietas docebit proprietatem argenti viui in ſua fixatione, per quas cauſas docuerunt Philoſophi ad finem, quòd filij doctrinæ per ignorantiam proprietatum ſulfuris non caderent in errorem: Quòd quum argentum viuum, quod eſt caput & fundamentum, & radix operis, non poſſit fixari ſine vapore alicuius ſulfuris in natura calentis, præceperunt, quòd illud acciperent de ſua propria ſubſtantia appropriata naturæ terræ per ſubtractionē ſuæ facundæ humiditatis cum fixatione & calcinatione, quia ſubſtātia ſulfuris nō eſt aliud, quàm appropriatio ipſius in materia terræ ſubtilis per congelationem, quoniam quum ſulfur ſit actiuum principium congelandi ſuum Mercurium, cogitare potes, quòd

indiget

indiget calore temperato, cum quo posſit digeri ſubſtantia arg. viui. Adhuc ad complendum dictã congelationem, oportet quòd habeat penetrare totam ſubſtantiam Mercurij: Vnde oportet, & eſt cauſa neceſſaria, quòd dictus calor ſit de temperata acuitate: & ideo opus eſt illam humiditatem ingroſſantem calorem ſeparari cum cautelis per induſtriam, & per ignem appropriatæ calcinationis ad euidentiam & reſpectum ſuarum cauſarum iam primitùs cognitarũ per operationem. Vnde dicunt, quòd arg. viu. conuertitur in purum ſulfur, quando congelatum eſt, & quantò plus calcinatur, tantò melius appropriatur naturæ terræ, & elongatur à proprietate arg. viui, per quam elongationem acquirit proprietatem ſulfuris.

Obſeruatio, aliàs conſeruatio, naturæ mediæ perfectiuæ & homogeneæ.

ET quia

ET quia ſulfuris proprietas fixi, terreſtris, cuiuſcunque generis fuerit, impedit ingreſſum et fuſionem, quamuis non ſit inflammabile, tamen habet in ſe proprietates prædictas contra arg. vnum, acquiſitas ratione perdurationis ſuæ primæ naturæ, quæ eſt de pura vnione primæ cõpoſitionis: quia ſulfur terreſtre non eſt de homogeneitate Mercurij. Et quamuis talis ſubſtantia ſulfuris ſit de compoſitione Mercurij, non tamen de tali proportione, quin oporteat ipſum ſeparari à miſto proportionabili tam per artem, quàm per naturam: quam ſeparationẽ appellamus calcinationem philoſophicam, quæ ducit nos ad veram proportionem & puram naturam: quia illud, quod eſt verè proportionatum, nõ portat in ſe aliquam ſuperfluitatem: quare cùm ſubſtantia terræ ſit difformis reſpectu puræ proportionis naturæ intrinſecæ ratione ſuæ groſſitatis extre-

mæ, ipſa impedit & reſiſtit vniformitati ſuæ aquæ viſcoſæ, quæ eſt ex compoſitione proportionabili intrinſeca euacuata cum natura perfectionis. Ad euitandum iſtum errorẽ omnibus filijs veritatis reuelauerunt Philoſophi duas veras & claras doctrinas ad attingendum ſecretũ naturæ. Prima doctrina eſt, quòd quum habeant accipere, niſi ſubſtantiam mediam, quæ participat inter groſſum & ſimplũ, quia non tenet aliquam ſuperfluitatẽ, immò eſt pura natura & homogenea proportio groſſo & ſimplici: groſſum deponimus per ſublimationem, quum non ſit tranſitus de extremo ad extremũ, niſi per ſua media. Iſta auctoritas habet locum in multis alijs locis ſecundũ naturam cuiuſlibet elemẽti. Cauſa perfectionis totius noſtri magiſterij, eſt iſta ſubſtantia media, facta de duabus proprietatibus, ſcilicet ſulfuris incombuſtibilis, & argenti viui inextermi-

nabilis

nabilis per artem magisterij, cum adiutorio concordantiæ naturæ homogeneæ & proportionalis: quæ substantia per suam subtilitatem nunquam turbat ingressum, immò potius causat bonam fusionẽ, quum ratione subtilitatis sibi depositа sit forma & impressio causa suæ figuræ. Ista est minor pars secum, de qua indiges in sublimatione Mercurij, qui debet superari ab argento viuo in quantitate: & ideo dicit Geber, quòd minima pars illorum sufficit cuilibet experto: nam quanto minoris quantitatis fuerint feces, tanto maioris exuberationis Mercurij necesse est esse, quia quanto minus est de corpore, & plus de arg. viuo, tanto plus nobilitatum est arg. viuum & exuberatum in potentia perfecta. Si verò econuerso, tunc econuerso. Quare adhuc non cogites, quòd ista substantia media sit corpũ, vel arg. viui immediata perfectio, quamuis sit principiũ

perfectū, inquantùm participat cum natura media. Et non erit finalis perfectio, donec primitùs coniungatur cum perfectione ſuæ fixationis, quæ eſt ei operatio propria ſecundum exigentiam ſuæ propriæ naturæ: quæ fixatio fit ſeruando ſuam volatilitatem, cōfortando naturam fixam ſuper cauſam volatilem, per nutrimentum dictæ ſubſtantiæ cum ſuo proprio argento viuo in igne, in quo ſimiliter retinetur natura dicti Mercurij. Propterea ſcias, quòd quum dicta ſubſtantia non ſit fixa ſine iſta operatione, quæ eſt ei pura, propria & finalis, licet propterea nō perdat actum faciendi nobilem impreſſionē, quia hoc ſcit conſequi, tamē faciliter cum corporibus non firmatur perdurabiliter. Alia doctrina eſt, quòd quum argentum vi. ſit tantæ perfectionis, quòd habeat ſuperare ſulfur per mēſuram rationis in ſua commiſtione, & illud multùm bene decoqui,

qui, donec ſit congelatum, ſed non propterea fixum, tamen fixatur congelando ſecundum proportionem, vel cum tali nutrimento, quod ſit cum igne proprio: dictum congelamentū in ſuis cameris vel cauernis fixatur armoniacè, quia quum Mercurius cōtineat ſuum verum ſulfur in terra multùm ſubtili, quæ eſt prima cauſa ſuæ fixationis, paruum additamentum ſulfuris naturalis ſufficit ei in adiutorium ſuæ inſpiſſationis. Propterea, ſi ſubſtantia primi ſulfuris in quantitate ſuperabit ſubſtantiam argenti viui, proprietas corruptiua ſuperaret in ſuis actionibus proprietatem perfectiuam, & tunc mollities metalli iſtius medicinæ eſſet ceſſiua, & non extenſiua: & ita per rationem proprietatis ſulfuris viſa eſt proprietas argenti viui, quæ dicitur extenſiua in ſua commiſtione. Quapropter declaratum eſt, quare talis operatio non eſt naturalis, nec ſimi-

latur naturæ, quia natura in ſua decoctio-
ne facit ſuperare arg. viuum in ſua miſtio-
ne, quum ipſa ſit cauſa perfectionis, ſicut
patet in auro, quod datum eſt nobis in ex-
emplum: vnde dico vobis, quòd quum ſit
inter alia corpora compoſitum de minori
quantitate ſulfuris, & maiori ſubſtantia
arg. viui, propterea inter alia corpora mi-
neralia præſeruatur à combuſtione & in-
flammatione, quæ eſt proprietas argenti
viui perfecti, ſicut demonſtratur per aliud
ſignum proprium, quia quando aurum po-
nitur in puro Mercurio, talis amplexus
fit de vno in aliud, quòd per dulcem amo-
rem naſcentem ab eorum natura vnum
copulatur cum alio ſine ſeparatione, ſicut
vidimus per præparatorium fermentatio-
nis, quia de corpore fixo miſcetur cum
cauſa non fixa, quæ poſtea fixatur per
virtutem fixi, dum ſeruata fuerit eorum
virtus media, quæ debet exuberari &

con-

cõfortari per ſcire authentcium ſenſibilitatis. Quare ſcire valeas, & cum forti notitia figas in tuo animo ad videndũ, quid ſit perfectio & cauſa illius, quoniam ſi corpus alteratum non recipit leuiter arg. viuum quodcunq; ſit, vel ſuam propriam ſubſtantiam, iudica illud certè eſſe multùm elongatum à magna perfectione.

Iſta figura eſt de metallis imperfectis, in quibus eſt corruptio ſulfuris & argenti viui ſecundum diuerſas menſuras, vt per actiones circuli, quæ eſt de Generatione Veneris & Martis cum ignitione, et ſtanni, & plumbi, & econuerſo.

Excellens	*Nimis fortis*	*combuſtio & perditio*
Calor	*motus*	*Reſolutio*
diminutus	*diminutus*	*cruditas ſine diuiſione*
Prima actio	*Secũda actio*	*Tertia actio*

Parũ puri cũ minimo impuro	*groſsum cũ ſimp. creata*
Confuſio	*Diſformitas*
Minimũ puri cũ modico imp.	*groſsum cũ ſimpl. cruda*
Quarta actio	*Vltima actio.*

Postquam declaratum est, quòd argentum viuum est causa magnæ perfectionis, vt patet in auro & argento, de quibus fac medicinam, sicut tibi diximus, sed nō vulgariter. Vnde dico tibi, quòd intelligere velis cum isto præambulo, quòd de argento viuo non fixo non potest fieri, nec etiam de fixo: immò fit de certis medijs cognitis caris in natura, vocatis et nominatis arg. viu. quæ media non sunt in toto fixa, nec omninò volatilia: & secundum mensuram eorum fixationis & volatilitatis poteris inuenire grossitiem ignis appropriati per signa cōiuncta cum adiutorio simplicium: quoniam aliqua media sunt talis naturæ, quòd grossities fixa patitur ignem fortiorem, quàm simplicitas, quia magis de natura fixa, ideo plus superat ignem quàm volatile, vt pertinet. Vis scire propriè, quæ res sit media, & totum effectum? Est vna substantia realis composita vapora-

biliter

biliter de duobus cõtrarijs ſimpliciter diſſentibus ſpecie et non genere. Tamen non intelligas, quòd contrarietas ſit tam magna, quòd per eam corrumpatur formalis ſpecies generis: immò eſt cauſata ſub tali menſura, quòd forma conſeruatur in corruptione eorum, vel indiuiduorum ad voluntatem naturæ in certa proportione, quæ proportio oſtendi non poſſet, niſi per figuram & per operationem magiſtri. Intellige ergo menſuram cõtrarietatis, quia corruptio indiuiduorũ cauſatur per eam, & in eamet fluit latitudo ſine permutatione propriarum ſpecierum, aut deturbatione, & ſine fallacia proportionis, ſicut fit in foſſa (vel foda) & ſilice in vitro, quæ de vna latitudine in aliam permutatur, quando tota natura herbæ perdit ſuã figuram, & in vitrum terminatur, quod eſt de natura lapidis: ergo tu potes bene percipere, quòd talis corruptio tranſit

proprias metas generationis, per quam natura mutat ſuas proprias partes ad ſimilitudinem ſuæ ſpeciei ſine tranſgreſſu ſuæ latitudinis, ſicut videre potes de metallo ad metallum. Vnde dicimus pro certo, & clarè videre poſſumus, quòd tunc ſpecies mutatur, quando genus vnius in aliud tranſmutatur, & proportio tranſcendit ſuam menſuram per magnam deſtructionem innatæ naturæ, quia corruptio fortis, quæ deuorat ſpeciem ſui primi generis, ſimiliter conuertit materiam mortuam in aliam renouationem, quia intantùm nō poteſt corrumpere, nec mutare, quin ſub aliqua forma habeat terminare: ita quòd multo melius eſt, quòd in planta tranſmutatur in aliqua figura exiſtenti in poteſtate ſui proprij generis ſine tranſgreſſu metarum propriæ latitudinis. Quapropter cognoſcere potes, quòd quando corruptio infra terminos ſuos ſine trāſ-

greſſu

greſſu figurarum ſui proprij generis fit, tunc renouatur bene cum ſuis indiuiduis per ſpeciem conſeruatam cum corruptione ſimilis generis: & hoc omni tempore aduenire per propriam corruptionem, ſecundum quòd menſurata eſt per artẽ Geometriæ: tamen ſi per eam ſolùm vis eam menſurare, & credas hoc modo bene facere, nullo tempore poteris conſequi hoc, quod natura habet facere, quia eſt iuris (vel vis) naturæ & non artis ponentis ſuam curam ſimilia opera facere, ſed eam nõ poteſt attingere, niſi ſagax natura per vim ſuam ingenioſum ei adiutorium tribuerit: ideo require naturam, quando ars te deficiet, quòd tibi velit ſuccurrere per ꝓpriasmẽſuras, quæ arte cognitæ ſunt per proprias formas cauſatæ ſolùm per ſolam naturam, & nunquam per artem: & intellige media et eorũ propriam naturam, quia magnũ ſecretũ & nobiliſſima ſcientia eſt

tia est in rebus confusis diuersæ naturæ, quæ sunt omnes vnius generis, positæ per mediocritatem in vnitate, per quam caussatur fortitudo metallorum de omnibus virtutibus existentibus, vel quæ possunt existere in ista latitudine mineralitatis. Quoniam extrema sunt secundum formas confusas in proprijs medijs per naturam compositis cum adiutorio artis, quorum natura ad voluntatem Artistæ, facit vertere suam substantiam totam fixam vel fugitiuam: & hoc fit sine dubio secundum quod vnum contrariorum superat aliud: vnde vnum dicitur propria causa volatilis, et aliud dicitur causa fixa per substantias diuisas contrarietate. Quare tibi patêre potest, quòd de vno, nec de reliquo, lapis fit, sed de duobus simul, quum in alium modum non possimus de volatili in fixum, nec de fixo in volatilem, nisi per media teneantur eorum naturæ in vnitate com-

te compoſitionis perfectæ. & quando dicta media ſunt completa & fixa, tunc volatile tenetur & ligatur per fixum, quem fortiter tenet concatenatum, ita quòd poſtea ignis eum non ſuperat, ſed ſuperatur: tam magna eſt colligantia, quam ſolutio fecit illorum inuicem in concordantia facta per catenam nobilis miſtionis. Iam incipe tuam corruptionẽ, quæ eſt proprium inſtrumẽtum diſſolutionis ad habendum media, quæ tibi ſuprà diximus, quia illa ſunt principia artis philoſophalis ad habendum finem, & complementum tui deſiderij: & bene intellige formas eorum, quia de aere & terra, quod nos appellamus aquam, eſt verus Mercurius Philoſophorum, ſine quo nunquam potes aliquid finire. Duo extrema aquæ, quam nuper tibi deſcripſimus, ſunt arg. viu. vulgi quod eſt totum aereum, et terra mineralis, quæ eſt fixa & permanens, de quibus ſepara-

tur

tur alius aer fortior in natura. Deinde quando aqua est facta, quæ computata est pro extremitate aeris, qui tenet mẽdium inter aquam & ignem, videas perfectè omnium elementorum intrinsecationem & amplexionem: quoniam si illa intelligas, tu intelliges magnum lapidem & perfectum ipsius. & non sis festinus, quando eris in opere, sed suauis ad principiandũ seu incipiendum, quoniã virtus in isto opere est habere patientiã, postquam opus est inceptum cum cõtinuatione. Ergo sublima cor tuũ ad omnipotentem Deum.

Explicit Theorica huius artis intellectiuæ.

Quamuis iste liber hîc intituletur Ars intellectiua, tamen Raymundus in suo Vade mecum, siue clausula testamẽti in tertio principio practicali, in capitulo, Quòd terra debet esse ex duobus corporibus, in fine ante capitulum, Quæ sit materia lapidis, & quæ requirũtur &c. vocat librum istum, Tractatum de intentione Alchymistarum, quia ibi remittit pro mensura reductionis ad capitulum Practicæ congelationis per viam reductionis, quod sequitur in secundo libro.

PRA-

PRACTICA RAYMVNDI LVLLI.

CORruptio & depuratio fiunt ſimul ſubtrahendo partẽ cauſæ (vel eſſentiæ) corruptæ. Qui hoc ſcit facere cum notitia habita per verum intellectum. Recipe ergo de volatili, et pone fixum in eo per formam bene cognitam, quam dicam tibi: & ita pone in temperato calore, donec fixum ſit ſublimatum mediante volatilis adiutorio. Sed primò debes intelligere, quòd ſublimatio aliquoties accipitur pro depuratione cum ſua corruptione ſine congelatione. Per hæc tibi dico, quòd comprehendas per vnitatem intellectiuam operationum omnia capitula primæ partis. Accipe ergo ſepties tantũ de corpore volatili quod fixum ſuperet, & pone fixum in eo per nouem dies cum continuatione ignis appropriati, qui facit motum talem, qualem vult natura: & vas, in quo ponitur

tur ſupradicta materia, ponatur ad diſ-
rumpendũ qualitates ignis in balneo Ma-
riæ pleno aquæ, quia illud eſt quod conſer-
uat per ſuum nobiliſſimum calorẽ tinctu-
ras placabiles à ſua cremabilitate: deinde
habebis duo filtra, vnum ſubtilius altero,
deinde facies tuam materiam tranſire per
groſſum filtrum in tali diuiſione, quòd to-
tum volatile non ſepares à corpore per ni-
miam expreſsionem, ſed illud debes cola-
re inclinando filtrum, vt tota ſubſtantia
corporis diſſoluti miſta cum argento viuo
tranſeat per dictum filtrum. Caueas tamẽ
bene inclinando filtrũ, quòd nihil de groſ-
ſitudine corporis tranſeat, niſi ſubtiliter
colando: deinde recipe filtrum ſubtile, &
totum illud, quod per groſſum colauit, fac
per ſubtile tranſire, donec ſenties corpus
quod eſt inter ſimplum & groſſum, quod
pones infra vnum vas rotundum cum col-
lo longo cum quinque partibus arg. viui.

Deinde

Deinde recolliges terram, quam reperies diſſolutam ab vniformitate totius compoſiti cum cautela cognita, quam dicemus in præſenti.

Proceſſus practicæ, & prima rota corruptionis.

TV recipies corpus groſſum à ſimplici ſeparatum, & in ipſum pones de volatili per filtrum tranſacto, vt dictum eſt, quinquies tantùm, ſicut de fixo. Deinde de volatili dimitte in ſubtiliori filtro ad ſeparandum terram, quam pone per ſe, & interdum groſſum corpùs cum ſuo argento viuo ſibi addito pone infra mortarium factum de ligno, de quo fundum ſit magis planum quàm rotundũ, nec multùm profundum: deinde gyra & verte totũ in circuitu compoſitum per mortarium, collige illas terras, quæ ſunt omninò terreſtres & plenas corpore ponderoſo cum conchillis, et pone cũ corpore diſſoluto facto ſim-

plici infra ſuum vas rotundum cum collo longo: & hoc totiens reiterabis, donec in compoſito non ſit plus de tali terra quàm colligere poſſis. Deinde recipe filtrũ ſubtile, in quo eſt volatile, & illud fac colare per inclinationem ad longitudinem filtri, & ſint venæ ipſius bene ſtratæ plicando filtrum per longitudinem, ſuper quam tranſit ſupradictum argentum viuum bene vniformiter, & quando veniet ad finem dicti colamenti, ſcilicet depurationis, videbis vnam magnam caudam plenam terra mortua argẽti viui ſublimati, quam terram collige, vt dictum eſt ſuprà, & pone in alio vaſe de vitro cum collo longo. Deinde recipe corpus groſſum, & cola ſubtile non per expreſſionem, ſed per inclinationem in filtro magis groſſo, et ſimplum diſſolutũ iunge cum toto volatili, & pone groſſum ad partẽ: pòſt fac tranſire per filtrũ ſubtile volatile, & primitùs in-

funde

funde in groſſo ſubtiliato, quod erit infra filtrũ, ponderoſo: deinde ponendo cum argento viuo in vaſe, in quo terra eſt: pòſt miſce groſſum cum ſubtili volatili tranſacto per filtrum ſubtile, ſed primò ſubtrahes tantum quòd non maneant niſi quinquies plus de ſubtili volatili, quàm de groſſo corpore ad ſeparandum terram, ſicut dictum, reiterando actionẽ omnium præſcriptorum, donec videris eum mundum à terrea immunditia in viſibili figura per proprietatem primæ decoctionis. Decoctionem oportet te reiterare in ſupradictis operibus, donec groſſum corpus fiat ſubtile: & ſic completur rota prima pro conſeruatione tincturarum omnium elementorum.

De corruptione per ſecundam rotam.

DEinde fac ſecundam rotam circularem ſuper corpus gracile tranſactũ per ſubtile filtrum in digeſtione conſimili

primæ, quæ eſt digeſtio perfectionis. Et hæc ſunt opera quæ Philoſophi dicũt quatuor, cõtritio, imbibitio, decoctio, ſolutio, facta per ignem naturæ, nõ per viam humanam, niſi in ſeparando groſſum à ſubtili, & terram à compoſitis ad citius expediendum: quoniam quando res plena implet vnam vacuam, impedit conſequi actũ perfectum. Propterea ſubtiliamus cum leuigatione, & ſeparamus leue à ponderoſo, & econuerſo ſine tranſgreſſu termini propriæ latitudinis, ſed ſecundum exigentiam, quam natura requirit, & rectum ordinem operationis cuiuſlibet regiminis volumus inclinando perfectioni naturæ.

Putrefactio compoſiti.

POſt dictorum complementum pones in fimo totum cõpoſitum diſſolutum, quem fimũ priùs poſueris in quodam vaſe terreo perforato in circumferentia, quod intret balneum: & ſit balneum continuè ple-

plenum aqua: & hoc dicitur propriè furnus ſecretus Philoſophorum, in quo cauſabitur cauſa ſupradicta, ſeu materia diſſoluta, & continues ignem per modum ſupradictum quadraginta dierũ ſpacio, quia ſic ſtabilitum eſt, vt melius poſſit eſſentia perfecta ſeparari à putrido, & leuari ſuperius in altum per ſublimationem, quæ poſtea portatur in fermentum cõpletum.

Separatio aquæ.

POſt dictum terminum recipies compoſitum, & inde ſeparabis aquam, quæ propriè fit de raritate terræ, & de ſpiſſitudine aeris per diſtillationem in balneo Mariæ, & guberna ignem vniformiter, donec videas aquam diſtillari per virtutem dicti caloris. Et hoc tibi ſcire facimus, quòd humor, qui diſtillatur per calorem balnei, eſt aqua pura per proprietatem ſuæ frigidæ naturæ, & ſui effectus.

Separatio ſui acris.

QVando videbis quòd nihil aquæ poterit plus haberi per calorem balnei hoc ſit in ſignum, quòd in igne actiuiori debes ſeparare aerem, qui eſt vapor magis calidus, & maioris perfectionis, quia aliquid de fixo tenet ligatum per vniformitatem diſſolutionis. Vnde patitur ignem reſpondentem ſui puncto: ſepara ergo aerem per ignem appropriatum factum per cineres, ſicut aliàs tibi declarauimus. Hic eſt fermentum ſuperius nominatum factum de duabus naturis, de quibus componitur virtus media, quæ eſt inter extrema fixa & volatilis, de quibus vnum ſal cauſabitur artificialiter.

Separatio ignis. Elementorum extractio.

AEre ſeparato, deinde ſeparandum eſt elementum ignis cum ſimili igne cineris ſicut aer, licet modicum fortiori per hunc modum, quòd aqua per balneum diſtil-

diſtillata, reducatur ſuper feces, & inhumetur per triduum, deinde per cineres diſtilletur, ignem vniformiter cõtinuando, donec nihil per illum calorem percipiatur diſtillari: hoc facto, ponatur aqua per ſe ad diſtillandum in balneo, & ibi reſidebit poſt aquæ diſtillationem ignis inferius cum modico aere immiſto, quem ſupra cineres exſiccabis, aerem recipiendo cum alio prædicto. (Nota hîc, quomodo poſt inhumationem diſtillatur primò per cineres, quod tamen alibi primò fit per balneũ: ſed hoc fit hîc, vt à terra per medium aquæ extrahatur aer, qui in ſe etiã continet ignem, ideo ſummè nota.)

Rectificatio Elementorum.

ELementis ſic ſeparatis, ipſa nobiliter rubificabis, quia rectificando per ſeptenam diſtillationem, digeruntur cum magna appropriatione. Et nota, quòd de elementis humidis ſeparantur partes, quæ

non ſunt de ſpecie ſuæ cõpoſitionis (de qua ſeparatur terra, de aere ignis) quia in ventre humidorum vel verè aquaticorũ portantur ſpecies noſtrorum ſpirituum, quæ per virtutem ignis à corpore ſoluuntur, et in aquam ambiguntur: deinde bene mundantur & lauantur in magna digeſtione ſicut aliàs tibi reuelauimus, & adhuc parati ſumus tibi plus reuelare et dicere, donec intelligas, dum terminum ſuæ moræ pati poſſis, quia in ſcriptis nolo tradere in longa ſumma negocium, quod rotundum eſt vt pomũ, quoniam in circulo rotundo habetur totus intellectus præſentis artis.

Introductio reductionis faciendæ per intentionem alterius digeſtionis per Theoricam.

QVando elementa fuerint rectificata, adiunge partes fixi, (ſcilicet terræ vel ignis) cõminuti per calcinationem cum humido volatili ad diſſoluendũ. Propterea

pterea tibi dicimus, vt aſpicias & intelli-
gas doctrinas noſtras, quas per Theori-
cam tibi dedimus, ſcilicet quòd ſulfur non
ſuperet magnam perfectionem vniformi-
tatis, quæ venit ab argento viuo: & in-
telligę principium tuæ reductionis, quam
natura facit per diſpoſitionem tui nobilis
intellectus, quia vnus fumus ſubleuatur
â ſupradicta terra, quæ eſt prima cauſa
tui cõgelamenti. Vnde aliquæ partes ſunt,
quæ ſunt coniunctiuæ & aliæ diuiſiuæ: pu-
ræ coniunctiuæ ſunt de pura eſſentia veri
compoſiti: ſed quia aliæ non ſunt de ſimili
cauſa, ideo diuidimus eas adiungendo pu-
ras naturaliter. Et hoc ſolummodò facit
natura, quæ trahit per virtutem attracti-
uam illud, quod eſt de ſua eſſentia, & di-
mittit ejciendo per virtutem expulſiuam
totum illud, quod non eſt de ſuo compoſi-
to: quæ ſeparatio nunquã poſſet fieri ma-
nualiter, vt plures gentes credunt ſine na-

tura cum modo debito & propriè cognito per magnum intellectum, quia partes puræ & etiam impuræ, quæ per ignem cremantur, & in terram vertuntur, sunt ita simpliciter subtiliatæ, quòd non posset fieri separatio, nisi natura ibi esset, quæ in suo ventre trahit illud quod est de sua essentia, & extraneum renuit. Tene certitudinaliter, quòd sic vult natura ad perueniendum suæ perfectioni: & quando conceperit fumum fixum in suo ventre, conuertit eum volatilem, quando postea totum separatur à causa obscura (cinere vili) quæ inferius remansit, & debet residere per sublimationem.

Practica congelationis per viam reductionis.

SI intelligis causas prædictas, tu purè poteris congelare ad velle tuum, quoniam sicut soluitur, sic congelatur cum obseruatione actionis cõtrariæ. Recipe ergo de aqua separata, & de illa imbibe tuam ter-

terram ſecundum proportionẽ ſuæ virtutis (ſcilicet nec parum, nec multum) & pòſt continua decoctionẽ in furno ſecreto, donec eam videas congelari, & talem imbibitionem, decoctionem & congelationem reitera, donec videas tuam terram albam poſt multos colores. Menſuram iſtius congelationis & diſſolutionis factam per reductionem non poſſumus aliquo modo facere, quòd ſit cognita naturæ operanti, niſi per ſcitum ſenſibilitatis, per quem habemus proportionem exiſtentem inter duas propinquas menſuras, quæ proportio non recedit à ſua ſpecie, & quia non ſeparatur à ſua ſpecie, citius adiungitur in ſua potiſſima complexione, quæ eſt calida & humida: & ideo conſeruata eſt per certã et cognitam maneriem congelandi, & deinde reſoluendi reſpectu proportionis cognitæ, inquantum eſt poſſibile: ergo roga Deũ omnipotentẽ guberna-

bernatorem omniũ, vt te adiuuet veniendi per menſuram ad dictam proportionẽ, quia ille, qui propinquus eſt, maiorem partem habet in opere. Quare debes intelligere, quòd dicta cõgelatio media & non extrema: quoniam ſi eſſet extrema, ſubſtantia gelata ſpiritus in humido volatili non maneret. Iterum ſimiliter ſi diſſolutio, quæ eſt eius oppoſitum opus, participaret in ſua extremitate, generatio actionis ſulfuris totaliter corrumperetur, & de facto ſubmergeretur in gurgite fatalia, quia generaretur calor et ſiccitas per appoſitionem ſubſtantiæ humidæ in menſura nõ ſeruata per artem Geometriæ. Propterea caueas, ne nimia ſiccitas vel nimia humiditas per appoſitionẽ improuiſe factam, vel exceſſiua adminiſtratio nõ corrumpat magiſterium. Forma conſeruandi prædictam menſuram propinquiorẽ naturæ adperueniẽdum dictæ proportioni in-

quan-

quantùm eſt poſsibile, eſt quòd tantùm debet cõtinuari dicta decoctio ſuper compoſitum, quantum ſua diſſolutio requirit, & tantum per imbibitionem diſſoluere, quantum optat per decoctionem. De hoc dabimus exemplum, vt melius intelligas nos in graduatione per ſignum demõſtrabile, fiat vna figura de ſeptem literis conſiderando contraria & extrema ibi exiſtentia, quæ ſunt calor, frigiditas, ſiccitas, humiditas, congelatio & diſſolutio, vt patet in figura hîc inſcripta, quam omiſi, quòd eſſet manca & inintelligibilis cũ aliquot lineis, donec melius exemplar nactus, apponatur à me vel ab alio.

Et ita patet, quomodo omnia extrema tranſmutantur in eorum proprijs medijs gradualiter in tanta concordantia, quòd nullus credere poſſet, nec aliquis homo intelligere poteſt, niſi per ſcientiam ſenſibilitatis, quæ non poteſt acquiri, niſi per intelle-

tellectum, quem dat nobis ſpiritus agio-graphus, vnde aliquam partem ſuæ pro-priæ eſſentiæ in noſtra mente habemus per propria inſtrumenta bene concatena-ta cum ſortiſſimo ligamine, quæ fecerunt nos intelligere & ſentire magnam nobi-litatem tranſitus mediorum, quia in quan-tùm approximantur eorum perfectioni, intantum elongantur ab eorum corru-ptione. Habes ergo ſcientiam & claram artẽ infallibilem nobiliter, menſura nun-cupatam, in certis gradibus propriæ Geo-metriæ, quam tibi dedi, ſi tibi fuerit con-ceſſa per illum, qui dat omnia, vel ſubtra-hit ad ſuum placitum. Quare reſpicias in te, ſi te voluerit inſpirare perſcrutan-do formam, quæ eſt propria rota ipſius graduationis, quia nunquam fuit homo nec philoſophus, qui præſentem regulam in tanta amplitudine tradiderit per ar-tem, ſicut nos facimus. Et ſi bene notaue-

ris

ris intrinſecationes prædictorũ, bene intelliges totum actum noſtræ imbibitionis in opere completo. Adhuc intelliges hoc, quod inuenimus in ſcriptis per Iohel Prophetam ſuper iſtam menſuram, & ſuper omnes cauſas profundabiles in certis gradibus formarũ cum arte, quam tibi dedimus in ſumma breui facta cũ proprio puncto extremitatũ ad contraria concordandum. Secretius omnium regiminũ eſt forma imbibitionũ omnium. Audias quid dicit Bonellus Doctor probus: In iſta aqua eſt odor maximus. et ſcias pro certo, quòd totus intellectus Philoſophorum eſt in imbibitionibus, quoniam ſi cum aqua ſcias imbibere, & cum certa menſura menſurare, quia opus noſtrum eſt in aqua ſapientum, & regimen operis, quia aqua noſtra facit diſſolui, coniungi corpora, & gratioſe depurari. In aqua eſt totũ noſtrum ſcire et ſecretum, et finis deſideratus. Vnde

pro

proſcientia ſic tibi dedimus artem menſuræ cum bona voluntate, quam tranſtulimus ab arte Geometriæ, & vt bene intentum compleas, tibi nuntianus:

O menſura omnium imbibitionum quantum facis corpus placabile.

O menſura aquæ cœleſtis toto mundo es ſubſtantialis.

O menſura quantum facis temperatum corpus.

O menſura quomodo id alligas.

O menſura quomodo coniungis mundum, & elongas eum à corruptione.

O menſura quomodo facis corpora perpetua, et ponis in aurum omnia metalla.

O menſura bene ſcis mundum regere & conſeruare, facere mori & viuere.

Cum menſura natura regit mundum, & totum, quod eſt per naturam compoſitum.

O menſura quomodo facis congelare hoc, quod diſſoluiſti & bene coniungere.

Quare dico, ſi menſura non eſſet, nunquam profectus à lapide ſaltare poſſet. Quando volueris ergo lapidem benedictum, de electis medijs accipias ipſum,

quia

quia medium et omnes eorum naturæ, non ſunt aliud quàm puræ menſuræ.

De ſublimatione ſulfuris, reductione completa.

QVando habebis H naturaliter congelatum in G, et colores omnes fuerint tranſacti, tu recipies totum congelatum, & pones infra vnũ forte fundum de terra, qui ſuſtineat ignem fortem: et fundum illud collocabis ſupra furnellum ſine adhærendo parietibus furni, ſine alutello alio, ita quòd ſubintret furnum dempta ſuperficie, & ſit bene lutatum contra fundum, & bene adæquatum furno: pòſt pone ſupradictũ fundum de terra vnam magnam cucurbitam de vitro, cuius fundum ſit apertum, quod ſit ſine fundo in tanta apertione, ſicut eſt latitudo & amplitudo fundi de terra, ita quòd iuſtè adhæreat vniformiter dicto fundo terreo, dum fuerit ſuperpoſita, & bene inuicem ſint iſta vaſa lutata & vnita cum cappa poſita ſu-

per orificium vasis vitri habentis duos alembices: pòst incipe ignem de carbonibus in circuitu lutaturæ vasis per superius, donec vas vitreum temperatè calescat. (Hoc puto fieri ad siccandum lutaturam, & ad calefaciendum primò vitrum, ne per ignem cum flamma, quæ fieri debet in furno, vas, quod esset frigidum, vbi ille ignis desupra fieret, frangeretur.) Pòst fac ignem in furno cum flamma, & in hoc sis cautus, quia opus est vt facias tam fortem et magnum ignem, sicut potes facere, quia nõ sublimabitur, nisi per fortissimum ignem, quia est inter fixum & volatile, & scias pro certo, quòd est inter fixum et volatile, sed cum fortissimo igne sublimabitur: vnde magis fixũ remanebit semper magis bassum, tamen separatum à suis fecibus, & magis volatile semper altius ascendet secundum punctum ignis graduati correspondentis suæ proprie

priè naturæ. Recipe ergo illud quod inuenies ſublimatum, & per certos gradus ſuper D, G, congelatum, quia hæc eſt propriè ſubſtantia Mercurij ſublimata in conſeruatione ſuæ humiditatis, conuerſi in purum ſulfur nõ vrens, factum et creatum de ſubſtantia inexterminabili. Iſta eſt ſubſtantia media, iſta eſt virtus ponderoſa, iſta eſt forma menſurata, quam tibi ſuprà diximus in capitulo de nobili materia, quæ eſt cauſa magnæ perfectionis. Feces, quas in fundo reperies de natura B & C, & ſeparata à D, quæ ſunt contra naturam, ideo projce eas tanquam inutiles, quia non ſunt niſi turbatio & confuſio. Aliqui ſunt, qui ad melius ſimplicandum & vniendum dictam ſubſtantiam claram ſublimant altera vice: quare, ſi volueris ſublimare, ſublima ſine fecibus cum igne appropriato ſecundũ exigentiam ſuæ proprietatis.

Fixatio aquæ & aeris.

POſtquam habueris ſubtilem ſubſtantiam & mundiſſimam Mercurij per ſublimationem in certa menſura, illam debes fixare per operationem correſpondentem ſuæ proprietati, quia ſic oportet fieri priuſquam omnium corporum permutabilium ſit perfectio cõpleta. Quando ergo volueris eam fixare, hoc facies per exuberationem corporalem. Recipe ergo vnciam vnam argenti puri & amalgama cum duabus partibus argenti viui depurati per ſublimationem, quam appellamus rectificationem (credo eſſe diſtillationem per alembicum, aut lauacrum eius cum ſale & aceto) & cum iſta amalgama adde decimam partem ſulfuris ſublimati, et pone totum in vna cucurbita cum vna parte ſuæ aquæ, & pone ad coquendum in balneo Mariæ, donec fuerit congelatum: poſtea pone ſuper cineres ignem vigorando grada-

gradatim, donec fuerit ſubleuatum illud quod fuerit volatile: pòſt permitte vas frigeſcere, & totum illud, quod fuerit ſublimatum, reduc ſuper feces, quæ ſunt claræ & pulchræ cum altera parte ſimilis aquæ prædictæ, deinde coque totum in balneo Mariæ, donec congelatum fuerit: pòſt pone ad ſublimandū in cineribus, vt ſuprà. Et ſic reitera, ſcilicet ſolutionem mediam et congelationem, deinde ſublimationem: vigorando ſemper ignem, donec fixata ſit de aqua ad duplum terræ: quia ſcias pro certo, quòd in qualibet reiteratione dictæ congelationis omni tempore fixatur aliquid de re, quæ magis propinqua eſt fixationi, quia in dicta materia eſt ligata cauſa volatilis, quæ retenta eſt in baſſo per talem proprietatē, ſcilicet quando fixum ſuperat volatile ſemper per puncturam ignis credit fugere: ſed cùm cauſa fixa in ſuis proprijs interioribus teneat volatile

concatenatum, nunquam poſtea poteſt velle ſuum complere, & ſi velis ſcire propriam differentiam, quæ eſt inter fixationem & congelationem diſcrepantia, talis eſt, quia eſt actio propriæ differentiæ, quæ dat inſtrumentum, quod bonus Artiſta incipit in forma operandi in igne bene graduato, quia ſine igne cineris non poteſt totaliter fixari. Et ſi non fuerit per eũ materia ſeparata, quod ſit in ſublimando aliquid cauſæ volatilis ad abbreuiandum opus fixationis: ſed dummodò non te tædeat in magna mora temporis, cuius natura indiget ad opus ſuum, poteris fixare de dicta aqua quantum volueris, ſed nunquam in fine penitùs erit fixa: immò percipies, quòd ſemper vltima congelata minus fixabitur quàm præcedens.

Quia ſi velis in I, H, quod eſt ſulfur, fixare, oportebit ibi ipſum congelare per ignem magnæ mutationis, quem tibi ſuprà

prà dixìmus in reductione. Et quando aqua gelata fuerit in forma mensurata, postea pones L super K similiter cõgelari, quia sicut in I, H per K fixatur, sic in I per H, totũ K congelatur, quando per solutionẽ H, I fluunt in K, sic per illos tres, L cõgelatur postea, & sicut L cõgelatur, sic K fixatur in tali ꝓportione, quòd magis resistit igni quàm antè faciebat in sua cõgelatione. Et quando L gelatur, M ponitur super L, et sic M gelatur: L cõfixatur post suum gelamentum, & K fortius quàm L: & deinde similiter L fixatur, quoniam M non fit nisi congelari, & sic transit opus istius fixationis vsque de G: quare potes in teipso sentire, quòd postquã L congelatur, fixatur per virtutem decoctionũ & imbibitionum. & sicut dictum est de K, sic intellige de alijs literis. Hæc fixatio non posset fieri per solam assationem, nisi esset òpus dissolutionis. Quia per

cauſam earum imbibitionum facit natura in cauſa humida omnes ſuos motus, taliter modo, quòd tãtum facit ei pati quòd ſuum humidum facit ſequeſtrari cum adiutorio noſtræ aſſationis. Et ſunt cauſa proxima mortificationum, & per aſſationes ſunt mortificationes, quæ tranſierunt per veras pauſationes: & ad intelligendum præſcriptam figurã reperies quòd K eſt magis fixum quàm L, & L magis quàm M. Et ſic de alijs potes intelligere clarè, ſed inueni aliam practicam, quoniam aliquando volatile eſt ita ſubtile, quòd portat fixum ſecum, niſi bene cuſtodiatur, quia totum fit per calorem ignis appropriati: & ſic ſine igne cineris potes bene fixare, ſed cum longiori tempore & cum patientia, quoniam per hoc opus melioratur, quia per congelationem totius ſublimati aqua exiſtens in ſuo ventre, facit armoniam ſuæ fixationis, & armatur à natura fixa ad

debel-

debellandũ ſæpe in igne ardenti. Et quando, per quem volueris de duobus modis, fixaueris aquam tuam, ſimiliter fixabis duas partes aeris: & quando hoc fixatum fuerit & bene inceratum, proijce vnam partem ſuper mille (aliàs centum) Mercurij, aut cuius volueris corporis, & habebis argentum purum melius quàm de minera, ſi volueris illud probare per rationes præcedentes à ſua proprietate ſecundum curſum naturæ. Et nota, quòd virtus multiplicationis venit per exuberantiam naturæ mediorum (ſcilicet fermentorum) quia natura boni medij (ſeu ſulfuris) in natura melioris conuertitur (ſeu fermenti) per reiterationẽ ſolutionis & congelationis: conſidera ergo ſuper naturam mediorũ, ſicut reuelatum eſt. Item conſidera cauſam fixationis per cõtrarietatem: & nota, quòd fixum ſemper retinet plus, & attrahit naturam fixi quàm

volatilis, & conſeruat contra ignem: & ideo Geber in vltima præparatione lapidis præcipit, quòd poſt ſeparationem vel ſublimationem fixetur, & poſtea diſſoluatur, & pòſt præcipit calcinari illud quod non poteſt diſſolui, quia talis eſt vltima præparatio. Cauſatur differentia inter corpus & ſpiritum, ſcilicet inter volatile & fixum. Hæc differentia habet locum tam in metallo, quàm in corpore calcinato totius fixi, quamuis calcinatum magis retineat quàm metallum. Fiat ergo vna parua latitudo iſtorum duorum contrariorum generum, vt ſimul repræſentata lucidius & melius poſſint influi in tuo intellectu: quia cauſam vnius contrarij nõ poteſt aliàs demonſtrare vel diſcooperire, niſi in præſentia ſui cõtrarij, quia ſic vult ratio philoſophiæ data per auctoritatẽ ſic dicentẽ: Oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt: &, quia inuicem

ſunt

ſunt cõtraria, ſunt operationes cõtrariæ: quia vltimus terminus cõſequentis et immediatæ operationis fixi eſt volatilitas, & volatilis eſt propriè fixatio. Faciamus ergo cõcordantiam cõtrarietatis per operationẽ artificialem ſic, quoniam de pluralitate fit vera vnitas per miſtionem naturæ confortando medium naturæ: deinde intelligę cauſam, quia interdum in terra fixatur. Volatile corpus fit volatile ambobus correſpondentibus ad vnum certum terminum, quia inquantùm ſpiritus fixabitur per rectam naturam, intantum corpus fit volatile per ſuam naturam, quæ volatilitas correſpondet menſuræ fixationis ſpiritus, & fixatio ſpiritus correſpondet menſuræ volatilitatis corporũ, tali modo, quòd totũ eſt fixum, et totũ volatile. Sic vides per virtutẽ diuerſarũ menſurarum, quòd Philoſophi faciunt corpus magis fixum quàm priùs erat exiſtendo

in ſui

in ſui natura per naturã volatilem, quam recipit à ſpiritu: & ſic habes ſcientiam Philoſophorum ad inueniendum menſuras, quas cognoſcunt per proprias latitudines punctuatas ad exigentiã certorum punctorum venientium à contrarijs operationibus fixi et volatilis: & ita tali modo facimus de contrarietate veram concordantiam.

Miſcibilium forma.

FOrma miſtionis, quæ fit in prima miſtione, diſponit miſcibilia ad ſuſcipiendum formam Elixiris, quæ fit per differentiam ſpecialem: & hæc forma ſpecifica, vnde meliori iudicio dicimus, quãtum ex parte habilis materiæ lapidis præparati, & fermenti præparati, aquæ inſpiſſatæ, & olei terminati: ex parte quidem vltimæ miſtionis conſtat in modo faciendi per differentiam ſpecialem: nam terra, aqua & oleũ in vnica reductione in ſimul

non

non ligantur, quia non ſolùm ſiccitas terræ mortificaret oleũ, ſed phlegma aquoſum, frigidum eius mortificaret, calidum aut ſiccum euolaret in fumum: ideo eleganter præceperunt Philoſophi, vt aqua priùs figatur & inſpiſſetur per reductionem illius ad naturam olei, quod eſt corpus liquidum, & vt illud poſtea poſt reductionem vltimam ſubmergatur in oleum ſuum, & ipſum ſimiliter terminetur in Elixir perfectum. Iſta eſt miſtio naturæ, quia natura facit eam, & nõ ars, licet hoc fiat per modũm ſibi datum cum calore cõmuni temperato reſpectu eſſentiæ naturæ. Per rationem iſtius miſtiõnis dicebant Philoſophi, quòd noſtrum magiſterium nõ eſt opus mechanicum vulgare: immò eſt opus naturæ, ſicut patet per ſuam miſtionem naturalem. Et intellige, quòd per virtutes miſtionũ ſupradictas exiuit cauſa mediorum huius artis, per quæ natura tranſit

transit ad complemẽtum per causam propriam mediorum naturæ: nec est alia causa nisi per mistionem factam vaporaliter de duobus extremis materialibus existentibus in generatione naturæ metallicæ liquabilis cum proprio & necessario motu facto per excitationem caloris mensurati ad exigentiam essentiæ virtuosæ naturæ metallicæ: & sunt ista duo extremitates, sulfur & argentum viuum, vnde saltant humores & vapores, à quibus vaporabiliter cum successiua & continuata operatione creantur metalla nostri [illegible]sterij per naturam transeundo de vno in aliud successiuè: quia natura, quæ per aptitudinem materiæ suæ habet compleri, per suam magnam sapientiam & diligentiam vniuersalem non transit de extremo ad extremum sine complemento omnium suorum mediorum, sicut declaraui in philosophia huius artis, quorum

rum naturam ſupremè habes notare in iſto magiſterio, ſi de corporibus metallicis volueris facere perfectam tranſmutationem. Dicimus, inquam, quòd multa ſcientia naturali indiges, qui de dictis medijs intellectu omnium qui nituntur conuertere eſſentiam vnius metalli in eſſentiam alterius, de quibus nõ eſt aliquis niſi fuerit philoſophus, qui perſcrutatur cauſas, à quibus effectus condeſcendunt.

Coniunctio terrarum Solis & Lunæ.

MAgiſter Arnoldus de Noua villa reuelauit in ſuo Roſario poſt alios Philoſophos, quòd aurum & argentum per ſymbolum naturæ, quod in eis eſt notabiliter, inter ſe conueniunt, & in magna participatione vnum cum altero in natura metallina, ſicut homo & mulier in natura humana. Hoc intellige in prima miſtione, quæ debet fieri inter ipſa & per viam reductionis: cũ qua re Philoſophi reuela-

uelauerunt hanc conuenientiã & affinitatem, & ad euitandum difficultatẽ coniunctionis, quam ſpiritus debet facere cũ corpore, quia ſi corpore argenti vis tantummodò facere tuam copulationem per modum reductionis, natura eſſet nimis remota in affinitate, & per conſequens erit nimis difficilis copulatio corporis lunaris cum ſpiritu per rationem groſſæ ſubſtantiæ terreſtris per diſſolutionem euacuatæ cum ſua ſubſtantia corruptibili reſpectu Solis, & nimis elongata et ſeparata à natura argẽti viui, quia vnum corpus quanto plus ſeparatur à natura ſui argenti viui, tardius cũ illo adhæret, quia per amoroſam affinitatem medij ſpiritualis, qui debet colligi cum corpore in vnitate fixæ & attractiuæ compoſitionis fit coniunctio argẽti viui cum corpore. Et per hoc, quòd maior quantitas argenti viui eſt in compoſitione auri, & per conſequens minor

cor-

corruptio, quum tota ſua materia ſit purè eſſentialis & incorruptibilis, Philoſophi poſuerunt loco virtutis agentis & maſculi, quia propinquius adhæret naturæ arg. viui, ratione contenti in ipſo ſcilicet ſui argenti, quod portat ſymbolum & affinitatem in cõcordantia amoroſa cum natura ſua ſimilis, quæ appellatur argentum viuum, quia aurum non poteſt pati tam fortem corruptionẽ, quin in ſua ſubſtantia terreſtri, quæ appellatur groſſities ignis, ſit plus de compoſitione argenti viui incorruptibilis, quàm de ſulfure corrupto: quia ſulfur ſuum eſt tota pura materia eſſentialis reſpectu ſubſtantiæ argenti, quæ eſt groſſior & impurior & minus fixa, & per conſequens magis corruptibilis. Et per hoc argentũ viuum habet minorem adhærentiam cum ſubſtantia argenti, quàm cum ſubſtantia auri, ratione maioris contenti naturalis exiſten-

tis inter aurum & argentum, quia ſubſtantia auri nõ miſtionatur miſtione groſſa reſpectu corporis lunaris: immò potius fit miſtione minima, ratione partium eſſentialium minus ſubtilium, in tantum quòd quando ipſum aurum ſolum eſt, vel cum ſocietate ſubmergitur in Mercurio, & in profunditate ſui verticis abſconditur tanquam ignis & calor naturæ: & per hoc fixatur Mercurius, quòd illud eſt, quod digerit ſubſtantiam Mercurij, et indurat cum adiutorio temperantiæ receptæ à ſubſtantia corporis lunaris, quod eſt proprium & proximum principium originis omnium ad indurandum ſpiritum digeſtum per ignem naturæ. Et per has rationes ad citius expediendum & meliorandum commiſtionẽ, & quòd præparatio non confundatur, & quòd vnum ab alio recipiat temperantiã cum maiori propinquitate in natura & affinitate, dixerunt bono-

honorabiles Philoſophi, quòd arg. viu. cum Sole & Luna leuius miſtionatur, quia arg. viuum cum arg. viuo citius miſcetur, quia in illo recipit facilius amicabilitatẽ, deinde cũ auro immediatè, & poſtea cum argento, quia melius participant cum natura ſua, vt patet in eorum reductione: & per hoc percipe ſecretum, quòd aurum ſuper omnia alia corpora penitùs ſubmergitur in Mercurio, ſicut priùs dixi, quia Mercurius nimis libenter recipit illud quod eſt de ſua pura natura, quia in illa recipit tantam alleuiationem, quòd inſeparabiliter vniuntur: et ita econuerſo renuit cauſam remotam. Intellige per cauſas iam dictas, quòd in principio tuæ reductionis, quæ eſt principium compoſitionis lapidis, aurum et argentũ naturaliter conueniunt ad præparandũ principia, ſcilicet ſulfura album & rubeum, mediante aqua alba et rubea cũ ſuis proprijs fermentis: & ſic fit

prima pars, ſed in ſecunda parte ſcilicet in compoſitione Elixiris & fermentationis diſconueniunt, quia in Elixiri argenti nihil intrat niſi argẽtum purum cum ſuis principijs albis: nec in Elixiri auri, niſi aurum purũ cum ſuis principijs rubeis. Et ſic multiplicata eſt tinctura per fermentum.

Recapitulatio magiſterij in ſumma abbreuiata.

TV debes in te recolligere, quòd virtus formatiua exiſtens in materia ſeminali, eſt influxa in calore & ſpiritu, ſicut in materia ſimplici. Et calor cũ dicta virtute eſt anima, nõ ſicut actus corporis organici phyſici portans in ipſa potentiam vitæ, ſed eſt tanquã faber in ſua fabrica, fabricans ſuum clauum, vel rem aliam ſecundum formam ſui intellectus. Et per hoc vocatur fabricatrix & formatrix ſui humidi paſſiui per hoc, quia fabricando

cando inducitur per ſigillationem, & facit venire in mutatione diuerſorum colorum conuenientium ſecundum ſuum ſenſum & intellectū ſuis actibus & proprijs operationibus, digerendo, terminando & condenſando ſecundum naturam ſuam: deinde habebis in notitia ſuos colores cū omnibus ſuis cauſis. & tu ſcies per indagationem naturalem proprios motus ſuæ naturæ cum adminiſtratione ſcientifica ignis communis gubernati per artem ad exigentiam eſſentiæ naturæ ſine tranſgreſſu ſupradictæ virtutis informatiuæ, quæ dirigit calorem ſecretum ad digerendum ſuum humidum ſpirituale, cum quo miſcetur per mutationē coloris in colore miſto: & deinde in colore albo, & vltimò in colore rubeo. Et hoc tibi ſufficiat de diſpoſitione tuæ materiæ, quia natura in ipſa mirabiliter operatur ad ſuam perfectionem, cuius motus ſibijpſi ita adhærent

vni viæ & ordini, quòd in meliori manerie & certiori nullus homo mundi posset excogitare.

Practica totius magisterij in generali recepta, & est capitulum optimum & practicum.

PRima causa, quam debes habere in tuo intellectu, est habendi magnam quantitatem argenti viui, & in illo debes lauare corpora, quodlibet per se conterendo, imbibendo, & decoquendo in balneo Mariæ, & qualibet vice distillando per filtrum (aut pannum) & separando nigrum innaturale, quod est eorum primum coopertorium. Ista operatio reiteratur totiens, donec corpus lunare in toto separetur dicto suo coopertorio, ita quòd sit album ad modum terræ albæ, siue luciditate metallina. Ista terra bibit & recipit nimis libenter argentum viuum, quia est sibi humidũ radicale in tota

sua

ſua natura: & per hoc debet diſſolui per digeſtionem continuatam, ſicut dicemus poſtea, ſcilicet poſt ſeparationem dicti ſui coopertorij: quam ſeparationem cognoſces per ſuam calcinationem, vel inde parum & modicum ponendo ſuper carbonem (vel ſuper laminam ignitam ſi nigrefaciat illam) & niſi conuertatur in album, adhuc tenet de dicto ſuo coopertorio, quod prohibet receptionem arg. viui tanquam extraneũ à ſua propria natura: et ſi fuerit album, illud recipies, & reiterabis totiens prædictum regimen, donec tranſierit per filtrũ groſſum cũ reiteratione calcinationis. Tunc videbis arg. viu. diſſolui in colore cœleſti, & pones qualibet vice illud, quod fuerit diſſolutũ in tua calcinatione in vno vaſe ad partẽ: & ſic ſublima, ſiue diſtilla aquoſitatem Mercurij à ſubſtantia terreſtri, vt creari poſſit nitor & fulgor in lapide noſtro, prout nobis natura demon-

ſtrat in auro et argento, quorum ſplendor non cõſtat, niſi de ſubtili aqua Mercuriali terminata & conſiderata in ipſa. Et per hæc metalla habentia ſubtiliorem humiditatem, & puriorem & magis denſam, ſunt plus fulgentia & magis reſplendentia: & per hanc cauſam aurum reſplendet ſuper omnia metalla, deinde argentum. Item albedo in materia metallorum cõſtat, & cauſatur ab humido mercuriali cauſato & terminato per ſiccum terreſtre multùm ſubtile & fortiter digeſtum. Caueas ergo, & bene inſpicias, quòd habeas terram bene ſubtilem & bene digeſtam, quia vbi fuerit bene digeſta, bene ſimpla, & bene ſubtilis facta per digeſtionem caloris complexionalis, tanto plus deſiccabit ſuum humidum mercuriale, & ſubtilius penetrabit in profundo, quàm faciant calces vulgariter factæ & ignoranter deductæ per ignem cõmunem. Et

quan-

quando ſic omnia fuerint facta in materia ſimplici, recipe totum diſſolutum ſeparando puluerem, & fac tranſire totam iſtam diſſolutionē altera vice per filtrum ad melius mundandum: & ſi pro prima vice tranſierit per groſſum filtrum, recipe eam & fac tranſire per ſubtile & magis ſimplum filtrum, & ſic ſeparabis ſubtile à groſſo: deinde recipe groſſum corpus, & illud calcina tantummodò vna vice, ſi volueris, & poſt reduc eum ad ſuũ regimen, faciendo eum tranſire per groſſum filtrũ, donec totum tranſierit: & ſic poteris reiterare quoties volueris, donec totum fuerit diſſolutum: quia qualibet vice reſoluitur magna quantitas, ſicut potes percipere in recto pondere libræ. Tamen ſunt quàmplures, qui ad abbreuiandum iſtud regimen, poſtquam terra alba fuerit ſemel, vel bis reſoluta, ponunt totum ad putrefaciendum ſub intentione ſeparando

ſubſtantias per ſublimationem, ſed iſtea habent maiorem pœnam in ſecundo regimine, quando venit in ſeparatione animarum. Quare dico tibi, quòd quanto plus reiterabis primum regimen, dum fuerit notabiliter & bene factum ſine combuſtione tincturæ, in tanto plus abbreuiatur ſecundum regimen cum leuiori ſeparatione ratione eſſentiarum putrefactarum & ſubtiliatarum in primo regimine, & quanto minus, minus. Item dico, quòd ad purificationem elementorum diſtillationes ſunt nimis longæ propter viſcoſitatem aquæ & aeris: & ideo, ſi volueris abbreuiare tuas diſtillationes, pone in plures partes (id eſt vaſa & cucurbitas) & quamlibet partem pone in ſuo alembico, & diſtilla quamlibet per ſe in ſuo balneo, & habebis abbreuiatum opus, & poſſunt poni omnia elementa in vno balneo longo.

De tribus humoribus in compoſitione argenti viui repertis.

RAtione proprietatis cuiuſlibet diſtarum ſubſtantiarum Philoſophi realiter demonſtrant, quòd in compoſitione arg. viui, ſicut reperitur in ſua propria minera habentur proprij humores: primus eſt frigidus & phlegmaticus participans cum prima terra, quæ tantummodò eam humectat materiam totam: & iſta amplificatur in larga diſſolutione. Tertius eſt in ipſa ſubtiliter vnctuoſus participando cum tertia ſubſtantia terreſtri: & iſte eſt, qui cauſat ſubtilitatē in ſubſtātia, in qua eſt ſine inflammatione. Secundus eſt mediocris humor radicalis, & cultus, et imbutus ineſſentialibus partibus ſecundæ terræ, quæ nunquā ſeparatur ab ipſa: & de iſtis duabus medijs ſubſtantijs conſtat proxima natura mercurioſa in ſua pura radicalitate, & noſtrum arg. viuum vola-

volatile, incombuſtibile & aereum, à omnis cauſa germinandi et oriendi habet creſcere et multiplicare cum ſua pura materia, et natura: & humida radicalis compoſita de duabus ſubſtantijs, ſcilicet de terra mediocri, & de aqua media inuicem ſymbolizantibus in natura, & continentibus quatuor elementa, de quibus indiget pro forma ſuæ proportionis, & ſunt ſulfur & arg. viuum in eorum proprijs radicalitatibus creatis in vaſe naturæ proximæ ab vno latere vitrioli & ſale, ſed in alio latere conſtat principaliter cum metallo imperfecto, id eſt præparato, vel Mercurio ſublimato. Separa ergo hanc precioſam ſubſtantiam à vitriolo & ſale, & ab omnibus humoribus cum illis participantibus, et intellige reducendo aeri, ſicut natura tibi demonſtrat: quia quum dictæ ſubſtantiæ radicales argenti viui iam dicti concurrant in ſua compoſitione per

quas

quatuor elemẽta, repertum eſt, quòd partes terreſtres mediæ in natura calidæ & aereæ ſymbolizantes per igneitatem ſimplicem ſunt vi ſubtilitatis intantùm ligatæ & coniunctæ, quòd nulla illarum partium poteſt reſolui ab alia: immò quælibet reſoluitur in qualibet ſibi ſimili in compoſitione homogeneitatis, vel quælibet fixatur cum qualibet per fortem vnionem aut colligationem, quam habent abinuicem virtute partium minimarum adinuicem coniunctarum & ligatarum cum calore æquali conculcato multiplicata inæqualitate in vaſis mineralibus ſecundum naturæ debitum ad exigentiam ſuæ propriæ eſſentiæ. Et ratione dictarum ſubſtantiarum aquaticarum potes cauſare per teipſum vnam aliam latitudinem: & nota, quòd tertius humor vnctuoſus per ſublimationẽ naturalem exterminatur in terram nigram extra ſpeciem naturæ metal-

licæ:

licæ: ſed phlegma innaturale opportunum illius aliquotiens per accidens conuertitur in humidum radicale, quod poſtea terminatur in ſpeciem metalli fulgentiſſimi.

De compoſitione Mercurij, & de ſua natura reali, & de ſuis partibus extremis, ſeparabilibus.

PRimò fili tu debes intelligere & ponere in tuo intellectu, quòd in iſta arte reali nō debes inquirere per ſuam proprietatem, niſi de cauſis magis (vel magiſterij) quæ ſunt in latitudine naturæ metallicæ. Scire facimus tuo intellectui, quòd argentum viuum eſt illud tanquam principale liquabile, & primum elementum metallicum. Et ad melius intelligendum differentiam ſulfuris & arg. viui, per ſubſtātias ſeparatas reſpectu ſuarum compoſitionum, facimus tibi ſcire, quòd argentum viuum cōtinet ſuum proprium ſulfur calidum & acutū: & deinde ſulfur con-

continet ſuum arg. viuũ, quod eſt ſicut aer & ſulum ignis, quoniam dictum arg. viuum in ſua propria radice eſt per ingeniũ naturæ primò compoſitum de terra alba, ſubtili, ſulfurea, calida & aerea, miſta & collecta in aqua clara, donec facta eſt vna ſubſtantia homogenea in natura metallica cum menſura veræ proportionis clara elementaria cooperante influentia ſtellifica, quæ eſt virtus formæ metalliſicæ per magnam concordantiam dictæ materiæ ſicut cauſa diuina & digna, per quam completa eſt induidualitas argenti viui, in quo eſt primò pauſata forma naturæ metallicæ tali modo, quòd ſiccum eſt contemperatum per humidum, & humidum per ſiccum ſine ſeparatione vnius & alterius: & per hanc definitionem potes comprehendere, quòd eſt fortis compoſitionis ratione fortis miſtionis humidi & ſicci in ſua radice, ſicut dicemus tibi de illis duabus

duabus ſubſtãtijs ſeparatis ſcilicet de terra & aqua, per quas tibi datum eſt intelligere, quòd quando dicimus ſulfur vel argentum viuum, turbatur tunc intellectus, quum totum ſit de vna cõpoſitione: ſed quando dicimus ſulfur exterminabile, intellige hoc per proprietatem elementi terreſtris: ſed quando dicimus argentum viuum vulgare, intellige aquam ſuæ viuacitatis (extracta à vitriolo & ſale petræ) ſecundum virtutem & rationem, quam ſuum ſubiectum requirit per extrema & media cum ſubſtantijs ſeparatis per ſublimationem naturalem concordantem & in naturam ſymbolizantem, licet ſulfur ſit in omnibus elementis, tamẽ illua nunquam eſt exterminabile, quum nõ ſit niſi vapor & actio aeris & ignis. Et abiſto dependet noſtrum magnum ſecretum, per quod ſublimatur omne humidum radicale, dum fuerit abſtractum à radice ſuæ

terræ

terræ ſine exterminatione vel combuſtione ſuæ caræ tincturæ, quam exterminationem recipit per virtutem elementi terreſtris: ſed quando iterum reuertitur, nō eſt exterminabile ratione proprietatis, quam recipit à ſua humiditate: ergo quum volueris illud venari à terra, habes recipere cum proprio receptaculo ſcilicet in aqua ſua, quæ eſt argentum viuum et proprium conſeruatorium ſuæ combuſtionis. Deinde dicimus tibi, quòd in ſupradicta terra per virtutē elementalem reperiuntur tres ſubſtantiæ terræ: prima eſt ſubtilis ab humana ſenſibilitate, (vitrioli) ſed per experientiam reperta eſt groſſa, grauis, fuſca, & tenebroſa, impediens ingreſſum & claritatem luminoſam: & iſta eſt in qualitate ſicca & frigida, de natura vitri. Secunda (ſalis petræ) eſt valde ſubtilis humanæ ſenſibilitati, ſed per experientiam reperta eſt fuliginoſa,

remota à perfectione ratione ſuæ extre-
mæ qualitatis, quæ eſt calida & ſiccain
magna crematione: et iſta ſubſtantia par-
ticipat cum ſulfuribus, quæ cremantur in
aliquo latere, & ſunt iſtæ duæ ſubſtan-
tiæ propria vaſa, inter quæ argentum vi-
uum procreatur, ſcilicet illud, de quo in-
tendimus in opere naturæ, & eſt ſicut fœ-
tus in matrice. Tertia ſubſtantia terrea
eſt terra media calida & humida aere &
ſubtilis, & in mediocritate humanæ ſen-
ſibilitati (non eſt propriè terra, ſed vapor
extractus ab illis duobus ſuprà) & per
experientiã reperta eſt magnæ perfectio-
nis, quia eſt pura natura & humidum ra-
dicale, de quo lapis noſter recipit gradua-
liter ſuam naſcentiam immaculatam in
proprietate metallica: per hoc dixerunt
philoſophi, quòd iſtam ſubſtantiam habes
ſeparare per ſublimationem à dictis dua-
bus ſubſtantijs, quæ ſunt vitriolum & ſal.

Mo-

Morienus apertè tibi dicit, quòd si vis facere rẽ perfectionis, quòd tu extrahas puram substantiã Mercurij à ventre vasorũ vitreantiũ, (hæc est sublimatio Mercurij) quia de ista substantia cõstat lapis noster.

Intellige ergo verum idioma philosophorum affectum super proprietates substantiarum naturæ: nisi ergo ipsas intellexeris per substantias separatas, nunquam realiter intelliges proprietates eorũ veri idiomatis: quia ipsi clarè loquuntur in philosophia eorum, immò naturæ: cùm philosophia non sit alia res nisi reuelatio secretorum naturæ in idiomate proprio naturali, sine quo substãtiæ naturæ nõ possent nõtificari non plus sicut alia causa sine bestia vel planta, nisi portauerit nomen, & effectum, quod in generalitate dat notiam habitus causæ: & ideo diuersa fuerunt idiomata inuẽta in natura per diuersos philosophos. Vnde quilibet locutus est

in ſua philoſophia clarius quàm potuit ſecundū curſum naturæ, ſaluando proprietatem ſuarū figurarum, licet vnum idioma ſit magis clarum & magis proprium quàm aliud, inquantū actor fuerit melior expoſitor reſpectu proprietatū, quarum natura demonſtrat effectus omni bono naturali intelligenti cū magna realitate: nec credere debes, quòd ſancti & boni philoſophi in ſua philoſophia tibi occultauerint ſenſum eorū, quia non eſſet factum veræ philoſophiæ, quū ſua proprietas & requeſta cum clara intentione velit reuelationē propriam, & claritatem radioſam cauſæ occultæ, & manifeſtationē puram ſine occultatione, cuius intrinſecum in perfecta locutione reducunt ad purum intellectum factum & immiſſum à Deo cœleſti, in quo examinatur & depuratur virtus contrarij, ſicut facit aurum in ſua propria fornace.

RAY-

RAYMVNDI LVLLI DOCTISSIMI ET CELEBERRIMI PHILOSOPHI MAGIA naturalis.

Incipit compendium artis Magicæ ſecundum naturæ curſum reformatum, virtute cuius ſine elongatione & ſine mentis eleuatione vel corporis, videre poteris hos ſpiritus figuratos in aere condenſatos in forma monſtrorum & diuerſorum animalium, & hominum humanorum, qui vadunt ſicut nubes modò huc, modò illuc: et hoc totum fit ex principijs naturalibus, certis formatis virtutibus myſticis, exeuntibus ab alijs actibus naturalibus, cum quibus ars magica formatur naturaliter. Quare, ſi velis intelligere ſua inſtrumenta, in

ta, in quibus ſunt fixæ, & per quæ formantur, & vnde poſſunt exire, quia ex vna ſcientia formatur vna alia ſcientia. Ars enim præſens continet ſua inſtrumenta, in quibus ſunt virtutes naturaliter quæ earũ potentia faciunt fieri multa mirabilia, poſtquam ſunt introductæ in proprijs retinaculis per artem naturalem, ſine forti actione ad cauſam, quæ dicitur communis, à ſimplici natura ſtante in elementis ſimplicibus & compoſitis, ſi eam ſcieris reducere in illam.

Compoſitio.

ACcipe nigrum nigrius nigro, & ex eo decem & octo partes diſtilla in vaſe vitreo, & in prima diſtillatione ſolùm recipies alteram dimidiam partem: hanc iterum diſtilla, & huius recipies quartam partem: & tertiò iterum diſtilla, & huius recipies duas partes: & in quarta diſtillatione recipias quaſi totum, & ſic

& ſic diſtilla illam partem vſq; ad octo vel nouem vices, & erit perfecta, ſed non rectificata niſi in vigeſima ſecunda diſtillatione.

Recipe huius aquæ partem quartam libræ vnius, & eandem acue diſtillando cum vegetabilibus, quæ ſunt apium ſilueſtre, ſquilla, & ſic de alijs, de quibus dictum eſt ſuprà in anima tranſmutationis, in capitulo quod incipit, Sed tamen prius &c. Et poſtea pone in vaſe circulationis in fimo calidiſsimo, vel in vinacia, ſub conſeruatione ſpecierum, prout practica inferiùs demonſtrabit, vel declarabit, quæ eſt etiam vna de rebus, ſine qua nihil poteſt fieri in magiſterio huius artis.

Aqua calcinans omnia corpora.

GErmina capitulorum collige, & de terra, id eſt ♁, vncias quinq; & ſemiſs. et de aqua, id eſt ☾, vncias duas et ſemiſs. cuius ſumma eſt pondus octo vnciarũ

libralium, & totum mixtum ſubtiliter moles in molendino marmoreo, tunc ſo-nes in vaſe vitreo cum alembico ſuppoſito, & diſtilla totam materiam, primò faciendo ignem lentum, & de ſerratura lignorum, partibus duabus, & de carbonibus paruis vel tritis libras duas, & parum de furfure ſicco, & accende ignē, & dimitte quòd deinceps accendatur per ſe, quouſque incipiat diſtillare ab vno puncto, vſque ad duodecim puncta, & tunc cū paruis lignis incipias fortificare ignē, faciendo ignem flammæ rectè ſub materia, & ſic continua ignem quouſque reuertatur ad duodecim vel quindecim puncta, vel etiam in pauciora, & poſtea continua totum ignem, & illum continua ſecundum puncta ſuæ diſtillationis, & poſtea fortifica ignem, per vnum punctum vlterius, & illum continua quouſq; alembicus perdat ſuum colorem, & amplius

non

non distillet, & tunc cessa, & dimitte infrigidari, collige illam aquam & serua in loco calido & humido, & caueas ne aliquo modo possit respirare. Et memento, quòd habeas pallam vnam in lutamento rostri alembici, & collo receptaculi, vt aliquando in illam extrahere possit, vt recipiens habeat respiraculum: quoniam tantus est ibi subitus calor, quòd illud continens sufferre non potest calorem illum excessiuum. Ergo quandoque oportet, vt aperiatur, & quandoque claudatur.

Nota, quòd hæc aqua ex re vili facta, habet vigorem cõuertendi corpora in suã primam materiam, quæ coniuncta virtute vegetabili, est multæ perfectionis, & statim, postquam distillata fuerit, vult poni ad practicam, ne spiritus, qui est subtilis, & extraneæ naturæ, pereat per aerem, quoniam ingressus est plenus.

De naturali calcinatione.

TV accipe duas partes lunæ bene purgatæ per capellam, siue per forte cinericium valde subtiliatæ, & fac paruas petias, cum forpice, & pone medietatem eius in vase solutorio siue liquefactorio, & superpone ei tres lotones de aqua calcinatiua, & aliam eius partem in alio vase solutorio, & superpone ei aquæ calcinatiuæ tres lotones, & claude bene vasa cum suis coopertorijs, & iuncturas luta cum farina & claro oui, & pone hæc vasa ad balneum per tres dies naturales.

De separatione calcis & aqua calcinatiua.

METalla calcinata in duobus vasis solutorijs, separa ab eis aquam colando claram cautè, ne terra illius possit aliquo modo ascendere, nec aquam turbare, quam aquam pone ad partem bene claudendo vas ipsius, deinde recipe ter-

ram

in ipſius lunæ calcinatæ cum aliquantulo eius humore, & pone ad ignem cinerum, cum alembico & recipiente, & cum igne ſeruiente ſpacio duodecim horarum, liquorem diſtilla, caue à forti igne, quoniam in forti calore ſolis aliquando fit hæc ſeparatio, deinde mitte ignem infrigidari per ſe, & habebis lunam peroptimè calcinatam.

De igne contra naturam.

VEgetabilis aquæ acuatæ duos lotones pone in ampulla cum longo collo, in quam poſueris ſex lotones aquæ calcinatiuæ, & ſubitò cooperi ampullam cum ſuo coopertorio, & bene claude cum cera, & bene præpares ſeu colloces intra balneum per duos dies naturales, & in illo tempore totum vegetabile erit conuerſum in aquã claram, & recipies ipſum ſolutum.

De occul-

VEgetabilem ignem ſolutiuum in aqua calcinatiua. Recipe ſalis cum aqua octo lotones, id eſt quatuor vncias, & calcis lunæ duos lotones, id eſt vnciam vnam, & ſimul pone in vaſe ſolutorio, & cooperi proprio coopertorio, ita quòd ingrediatur intus, & caue ne ponas in aliquo calore, quouſque operatum fuerit ſua propria virtute, & quando quieuerit, luta bene iuncturam, & pone vas in balneo per tres dies naturales, & poſtea cola aquam, & diſtilla humorem, & calcina terram, quemadmodum ſuperiùs feciſti, & tandem reitera quòd totum diſſoluatur, iſto regimine in forma liquoris, & totum pone ad partem, liquorem diſſolutum per artem, quoniam hæc eſt ſubſtantia corporis per artem depurata.

De con-

De congelatione liquorum lunæ.

In continenti postquam luna fuerit dissoluta in liquorem, tunc pone dictum liquorem in duplex vas circulationis, partiendo ipsum liquorē in duas partes æquales, & pone in quolibet vase quinque lotones de dicto liquore lunæ, & superpone ei in quolibet vase septem lotones de aqua prima vitæ rectificata, & pone in furno habente duo brachia, vbi vnus ignis temperatissimus possit calorem percutere, et colloca tua vasa, et liga circumquaque ad cannas alembici, & bene spissas spongias quas semper teneas madidas cū aqua frigida, & vbi intrant cucurbitas, sint strictæ, & ampullæ cùm sentiunt calorem, statim videbis fermentum cum aqua sua ascendere, & distillabitur de vno vase in aliud vas continuè, & quantum ascendit de vno vase, tantum distillabitur, & intrat de alio: & sic videbis, quali-

qualiter ratione caloris ſubtilietur ſpiritus, & inſpiſſetur per fermentum. Et quanto talis diſtillatio fuerit leniori igne, tantum etiã ſpiritus erit ſubtilior in fortitudine, & ingroſſatur cõtinuè fermentum. Hunc autem modum tene, donec amplius non aſcendit, & cum fermento fixabitur, & in lapidem conuertetur, quod fit in nouem vel in decem diebus.

De aqua elixir in oleum.

VAſa ambo extrahe ſimul, cùm materia fuerit congelata, & loca in furno vel in balneo, & iterum ſoluetur in duobus diebus, & iterum congela, & hoc fac ter & amplius, & manebit inde virtute & potentia exaltatus quòd bene congelari non poterit, quoniam vt oleum videbitur aliquantulum inſpiſſatum.

De modo

De modo faciendi oleum lunæ.

VErùm quia hic modus abbreuiatus pretioſiſsimus eſt, quoniam in decem diebus congelatur quinta eſſentia ſuper fermentum et cum fermento, eò quòd res multùm groſſa terreſtris & fixa eſt in luna, ſed non ita citò ſoluitur poſt complementum fixationis quintæ eſſentiæ ſicut in ſole, vnde quaſi in fine complementi tempus non eſt diuerſum in albo et rubeo.

Medicinam hanc ſic completam ſi iungas cum ſulfure Saturni, vel Iouis, facit tranſmutationem ſecundum hoc fermentum.

Sufficienter per Dei gratiam diximus de albo, nunc dicamus de rubeo: quoniam enim opus ſolis in menſura concordat cum operationibus lunæ, ſi ſcis operari philoſophicè cum aqua corruptibili, quæ ſua magna virtute diſſoluit totum ſolem, et ſub-

lima

limat totum in aerem, quod eſt noſtrum ſecretum. Recipe ergo in nomine Dei ſiui duos lotones aquæ compoſitæ lunæ diſtillatæ per alembicum priùs, & in illa proijce duos lotones aquæ vegetabilis acuatæ, & ſuperpone aurum tuum ſecundum pondus aquæ vegetabilis, poſtea pone in balneo per duos dies aut quatuor, & infra dictum terminum inuenies aurum nigrum totum ſicut carbonem. Eodem modo ſolutur & congelatur ſicut luna. Totum ergo compoſitum ſolis & aquæ pone in vas circulationis vnà cum duodecim partibus aquæ vitæ rectificatæ, et cùm ampullæ ſentient calorem, ſtatim ſoluetur corpus ſiue fermentum ſolis, & videbis in principio ſolem diſtillari, & in fine figi, & in lapidem conuerti. Accipe ergo ambo vaſa, ſimul extrahendo de furno, vel balneo, & ſtatim in vna nocte ſoluetur aurum, & iterum congela, &

hoc

lapidem componere. Item si post quartam distillationem aquæ supradictæ postea septies distillaueris cum bono cinabrio & vitriolo, in æquali pondere, semper in qualibet vice nouas res imponendo, & in qualibet distillatione materiam lapidis bene siccando, antequam aquam infundas, postea cum duodecim partibus prædictæ aquæ posueris vnam partem fermenti sic præparati auri, in vase circulationis fixabitur.

De naturali euocatione corporum à suis spiritibus.

NAm in prioribus capitulis demonstrauimus, qualiter corpora perfecta habent dissolui, in aqua lapidis philosophorū, & qualiter habent purificari & fixari. Vnde vltimò restat ostendere, qualiter à corporibus imperfectis possimus sulfur naturæ extrahere, & de amborum vnione.

In Christi igitur nomine, Amen. Recipe calcem cuiuscunq; corporis volueris, & pone in vna ampulla, quæ habeat longum collum, et superpone de aqua vitæ rectificata, quæ supernatet quatuor digitis, et postea pone super cineres, et bulliat leniter per vnum diem, et post bullitionē pone in fimo calido vel stupha per duos dies naturales, vt melius digeratur, et separentur partes subtiles materiæ à grossitie seu grossitudine sua: transacto termino, ampullam extrahe inclinando ipsam, vt aquam possis cautè extrahere. Recipe aquam illam claram in vna cucurbita, & caueas ne feces turbentur, ratione inclinationis vasis, et incontinenti cooperi cucurbitam cum suo coopertorio, et pone in fimo vel in stupha sicut priùs feciſti, vase bene clauso: et facta euacuatione, infunde aliam aquam similem primæ quòd supernatet quatuor digitis, vt primò, et fac

bullire

bullire in fimo, et ſcias quòd iſtas operatio-
nes reiterabis, quouſque corpus à ſuis ſpiri-
tibus euacuetur, et ſi tibi aqua defecerit,
ſume cucurbitã, in qua ſunt omnes lique-
factiones, & ſuperpone alembicum, &
diſtilla aquam lento igne, ſcilicet per bal-
neum, intantum quòd habeas duas partes
liquefactionis, et de iſta aqua pone ſuper
materiã corporis, quæ eſt in ampulla, vſ-
que ad quantitatẽ priſtinam, ſcilicet qua-
tuor digitorum, et ſic reiterabis donec to-
ta terra ſit euacuata, quam ſic probabis.
Accipe modicũ de illa terra, ſicca ad ſolẽ,
qua deſiccata, pone ſuper laminam igni-
tam, & ſi fecerit fumum, reitera dictas
operationes quouſque fumum non faciat,
tunc ſemper teneas tuas liquefactiones in
loco humido et calido, quia melius conſer-
nantur.

Vnde, cùm iſta compleueris perfectẽ,
et ſignum prædictũ aſſequutus fueris &c.

extrahe materiam tuam ab ampulla, cũ aliquantulo de prædicta aqua, & pone cucurbitam & superpone alembicum, vt desiccetur materia, qua desiccata scias pondus eius, & eo scito habeas aquam vitæ peroptimè rectificatam in vase circulationis, et de ipso tria pondera superpone, et tam cito pone alembicum et claude bene, & completa distillatione, dimitte infrigidari, & tunc videas quòd terra sit bene sicca, & iterum pone aquam nouam in simili gradu rectificationis existentem secundum pondus prædictum, & omnes aquas illas, quas à terra sic extrahis, pone ad partem in ampulla bene clausa, & omnes illas operationes reiterabis, donec terra in subtilissimum & inpalpabilem puluerem sit reducta.

De exuberatione Mercurij.

MOdo diximus de calcinatione seu liquefactione spirituum, Quibus omnibus

ibus peractis ſiue præparatis, recipe vas in quo ſunt omnes liquefactiones et ſuperpone alembicum, & diſtilla aquam per alembicum per balneum donec ad ſpiſſitudinem mellis deueniat, & tunc balneum permitte infrigidari, quo infrigidato, mitte deſuper de iſta aqua quam modò extraxiſti de terra tantùm quod ſuperemineat quatuor digitis, & pone ad inhumandum in fimo vel in ſtupha, per vnum diem naturalem, vaſe peroptimè obturato: quo tranſacto ſuperpone alembicum, & diſtilla aquam cum igne mediocri, & pone ad partem: facta iſta diſtillatione & vaſe infrigidato, pone ſuper materiam remanentem, de qua extracta vt prius, quòd emineat quatuor digitis, & pone ad inhumandum vt prius, & diſtilla vt prius ſupra, et omnes iſtas operationes continuè reiterabis, et hæc materia dicitur argentum viuum exuberatum vel lac virginis.

Completa iſta exuberatione, ſcias pondus prædicti pulueris ſubtiliſſimi, et imbe eum cum medietate ſui ponderis aquæ exuberatæ, & pone ad inhumandum & nutriendum in calore fimi per octo dies, et in fine iſtorum dierum inuenies materiam tuã nimis humidam, et ſuperpone ei alembicum, et diſtilla illam cum lentiſſimo igne, recipiendo aquam: qua deſiccata cum moderamine, iteratò ſcias pondus, et pondere notato, repone aquam, quam modò recuperaſti, et de illa aqua exuberata fac complementum ad medietatem ſui ponderis: & omnes iſtas tales imbibitiones, et inhumationes, et calcinationes reiterabis, donec terra bibat de tali humiditate quatuor partes ſui: et hoc cognoſces ad tale ſignum, quòd ſi ponas modicum ſuper laminam ignitam, et ſi euolauerit in fumum, factum eſt: ſin autem nõ, reitera imbibitiones et inhumationes et calcinationes,

tiones, donec consequaris signum prædicti vi: quo autem consecuto, pone super cineres, & da ignem primò lentum, et paulatim fortificando, donec tota materia ascendat superius ad latera vasis. Et dum sublimatum fuerit, dicitur corpus exaltatum in sale mirabili, quod omnes philosophi clamant lapidem et sulfur naturæ.

Salis vel sulfuris iam dicti inceratio sic fit. Recipe prædictum sal, cuiusuis metalli factum, vel aliquam quantitatem eius, et pone in crusibulo, et super cineres calidos situa ipsum, et dum erit aliquantulum calidum, pone de dicto oleo guttādo guttam post guttam, donec sit spissum in spissitudine mellis frigidi: tunc remoue ab igne, et dum erit frigidum, accipe de eo modicum & proba ad laminam calidam, & si leniter funditur, factum est: sin autem non, reitera vt priùs, donec lenissimè fluat ante fugam Mercurij. Et tunc proyce vnum

pondus ſuper centum pondera Mercurii crudi.

SEQVITVR OPERATIO CAritatis cum oleo lunæ.

LVnæ autem oleum habet virtutem fixatiuam, & dat fuſionem leuem ſuper omnia ſalia facta. Incera ergo ſal Iouis, cùm ſulfur fuerit factum ex Ioue, cum oleo lunæ, donec fluat, & proijce vnum pondus ſuper centum pondera Iouis, vel ſi ſal fuerit de Saturno, proijce vnum pōdus ſuper quinquaginta Saturni, et erit opus perfectiſſimū, melius omni naturali: Vel ſi oleū eſt de ſole incera cum ſale Veneris, aut Martis, & proijce vnum pondus ſuper mille pondera Veneris.

Sal aquæ vitæ ſic fit, Calcina feces vini vel tartarum donec ſint albæ: Deinde imbibe eas cum aqua vitæ, ſummè rectificata & acuata in vaſe circulationis, & pone ad putrefiendū per diem vnum, deinde

inde lento igne distilla aquam, & vltimò calcina terram, vel sal, et iterũ imbibe & distilla & calcina vt prius per omnia, et fac quatuor vicibus, tunc pone per se ad soluendum, in balneo, quo soluto congela, et fac hoc quater, et habebis artis sal, siue Mercuriũ testamẽtariũ, sine quo nihil fit.

In proiectione omnium medicinarum nostrarum iam dictarum, nullum inuenies alteratum, ad perfectionem extrinsecam, quousque ducatur per cineritiũ, quia stannum videtur stannum sicut prius, sed est modicum frangibile & modicum induratum sine luciditate manifesta, quousque per cineritiũ bene sit purgatum, & sic etiam de Saturno, & similiter de Venere, sed est in colore Iouis, sed ductum per cineritium poteris videre hoc quod mutatum est in argentum depuratum. Et istæ diuersitates veniunt per maioritatẽ virtutũ ramorũ lapidis secũdum magis et minus

nus ſuarum præparationum & ſublima-
tionum, quare color ſpiritus mutatis il-
larum non tantam virtutem in ſuis ſubſtan-
tijs groſſis habet, quòd ille poſſet per ſuã
proprietatem ſegregare res heterogeneas
metallorum, quando per ſuum ſpiritum
transformantur, niſi per adiutorium ci-
neritij, & hoc eſt ratione ſubſtantiæ groſ-
ſæ medicinalis, in qua eſt colligata virtus,
quæ tranſiuit, & quæ impediuit ad com-
plendam actionem integram ſui ſpiritus,
quæ eſt diuidere hoc quod nõ eſt de eſſen-
tia naturæ, & coniungere hoc quod eſt
propinquum ad naturã argenti viui, quod
poſt hoc iuuenit mutatum in finum argen-
tum, quod eſt melius quàm de minera. Sed
non intelligas quòd in ſuis cineritijs de-
bes ponere plumbum, quia medicina facit
totum cum adiutorio ignis cineroſi. Etiam
quando dictæ medicinæ proijciuntur ſu-
per corpora, poſtmodum ipſa non poſſunt
pati

pati ignem ignitionis, immò ſtatim fundunt ſine ignitione determinata: & hoc eſt ideo, quia ſuâ natura non patitur contrarietatem materiæ indigeſtæ, quæ facit ipſum fundi ante tempus, quouſque per cineritium conſumatur materia indigeſta, quæ ſtat in loco ſubſtãtiæ phlegmaticæ vaporalis. Adiuua igitur virtutes tuæ medicinæ per cineritium, & inuenies aurum & argentum, ſecundum quod medicinæ fuerint in illis, vel ad album vel ad rubeum.

FINIS.

COLONIAE

Apud Iohannem Birckmannum

Anno M. D. LXVII.

Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.